



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

Titulus XLI. De in Integrum Restitutione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62620)

Reg. cap. 16. v. 7. ex altera vero parte, fides habenda utique potius sit testimonio duorum omni exceptione majorum de re suæ cognitioni subiecta, quam aliis etiam plurimis de re humano sensui & cognitioni non subiecta, deponentibus.

Se, dut hoc ita sit, à mente tamen DD. *citt.* aliena non videtur hac in re distinctio; quantumvis enim duo deponentes de coactione seu violentia illata certò modò, ejusque illata loco & tempore, potiores ac præferendi sint aliis, qui actum omnino liberè ac sponte gestum deponunt; hoc enim deducta ratio evincit: casu tamen, quò coactionem certò modò, locò & tempore, quò alii duo affirmant, adhibitam, alii non solùm majori, sed pari etiam numerò inficiantur, his potius, quàm illis fides habenda est; quia tali casu in utramque partem deponentes de re sensibus suis & cognitioni

subiecta restituantur; ac pròinde quoad hoc sunt pares: cæteris autem paribus fides habenda potius est iis, quorum depositiones excludunt delictum; quòd hoc in dubio non præsumatur, *c. fin. de Præsumpt. & l. Merito § 1. ff. Pro socio, Decius in c. fin. de Appellat. n. 28. & Sanchez Lib. 4. disp. 27. n. 3.*

Quin etiam de spontaneo potius quàm de coacto consensu deponentibus fides habetur, si illi coactum affirmantes metùs illati circumstantias nõ exprimant; ab iis autem, qui spontaneum fuisse asserunt, in eam rem allegentur actùs ita gesti circumstantia, & ex his orta verifimiliores præsumptiones & conjecturæ, ut cum *cit. Decio n. 25. & Jalone in l. Interpositas 13. C. de Transact. n. 5.* observant *citt. Sanchez n. 2. & Mascard. n. 8. & 9.*

62.



## TITVLVS XLI.

### De in integrum Restitutione.

**S**icut vim metùmve passis, sic & Minoribus, Ecclesiis & quibusdam aliis, ob ætatis & iudicii imbecillitatem, administratorum negligentiam, absentiam, aut justum errorem &c. læsis succurritur extraordinariò remediò in integrum Restitutionis, *c. 1. l. 1. &c. ff. hac Rubr.*

#### ARTICVLVS I.

De Natura hujus Restitutionis & Conditionibus ad eam Requisitis.

#### SUMMARIUM.

1. Hujus Restitutionis definitio.
2. Conceditur ea adversus validum,
3. Aut dubii valoris actum:
4. Quò minor *vg. se læsum probat,*
5. *Suà, vel Curatoris culpà, aut negligentia:*
6. Si tamen læso notabilis sit:
7. Non etiam si modica, aut minima sit:
8. Vel majus pretium post contractum offeratur.
9. Eà læsus in precio, hujus defectum,
10. Imò

Kkkkk 2

10. Imò ipsam rem recuperat :

11. Sive infra, sive ultra dimidium sit læsus.

**E** St autem in integrum Restitutio, secundum Gloſſã *ſm. in c. Auditis* 3. & alios apud Stortiam Oddum *de Reſtit. in integ. q. 1. n. 44.* reductio in eum locum seu statum, in quo quis fuit ante læſionem, *l. Quod ſi minor 24 §. 4. ff. de Minoribus*, ſive, ut eodem ſenſu alii loquuntur, Remedium extraordinarium à Prætoſe introductum, quò Minori, & iſtius inſtar aliis ex contractu vel quaſi, aut alio actu judiciali vel extrajudiciali, læſis iudex ex æquitate ſubvenit, eos in priſtinum ſtatum reducendò, ut ex *l. 1. Sc. cit.* colligit Molina *Tract. 2. de I. & I. diſp. 173. n. 1.* Quod remedium ut competat

Requiritur primò, ut contractus seu actus, quò læſus reſtitui petit, ſit validus, *l. In cauſa 16. ff. de Minorib. cujus §. 3. ICT.º Et generaliter*, inquit, *probandum eſt, ubi contractus non valet, pro certo Prætoſem ſe non debere interponere.* Unde, ſi minor vel Eccleſia alienatione rei immobilis, ſine debita ſolennitate v.g. ſine authoritate iudicis, vel ſine tractatu capituli aut iſtius vel ſuperioris conſenſu factã, ac proinde invalidã lædatur, locus non eſt in integrum Reſtitutioni, *arg. l. cit. & c. Conſtitutus 8. in fine*, cum; quia Reſtitutionis remedium Reſciſſorium eſt: id autem, quòd ipſò Jure invalidum nullumque eſt, fruſtra petitur reſcindi, *arg. l. Nam et ſi §. ff. De injuſto, rupro Sc.* tum verò; quia tali alienatione læſis competit remedium ordinarium seu via Nullitatis; ut agere v.g. Rei vindicatione, vel etiam ad intereſſe: vel, ſi ex parte ipſorum nihil præſtitum eſt, ſe tueri valeant exceptione: cujuſmodi remedium habenti non competit beneficium in integrum re-

ſtitutionis; hæc enim, tanquam remedium extraordinarium, in ſubſidium ſeu defectum ordinarii conceditur, *arg. c. cit.* Caſu tamen, quòd dubium eſſet de contractus vel alterius actus valore vel nullitate, peti alternativè ſeu diſtinctivè poteſt; ut vel contractus pronuntietur nullus: vel, ſi Jure valeat, læſus in integrum reſtitatur, ut colligitur ex *c. Conſtitutus cit. & ibi* cum Innocentio *n. 2.* Panormit. *n. 9.* & aliis notat Laiman *in c. cit. n. 2.* Imò in Rota Romana etiam adverſus ſententiam invalidam Reſtitutionem peti conſueviſſe, pluribus deciſ. *allegat.* obſervat Galeſius *de Reſtit. in integ. cap. 1. n. 39.*

Secundò requiritur; ut, qui reſtitutionem petit, ſit læſus, & læſio appareat, aut in iudicio legitime probetur, *Clement. unicã hic*, Panormit. *in c. 1. n. 2.* & Oddus *Tract. cit. q. 4. n. 3.* quia, ſi Minori & Eccleſiæ, etiam nullum damnum paſſis, reſtitutio ad libitum concederetur, nemo facile cum ipſis vellet contrahere, magnò commercii publici & privatò ipſorummet damnò, *l. Quod ſi minor 24. §. 1. ff. de Minoribus.*

Læſi autem reſtituuntur, ſive læſio propriã ipſorum negligentia accidit, ſive culpã tutoris aut adminiſtratoris vel procuratoris, v.g. in iudicio probationem producere omittentis, *l. Tutor 47. pr. ff. de Minoribus & c. Cum veniſſent 2. in fine*: etſi, quando tutoris, Prælati, vel procuratoris negligentia vel culpã læſio accidit, in optione Minoris vel Eccleſiæ ſit, agere adverſus tutorem, Prælatum, procuratorem ad intereſſe; vel petere in integrum reſtitutionem, *l. Etiam 3. c. Si Tutor vel curat. intervenierit*, ubi aliis DD. reſolatis Bruneman. *n. 5.*

Neque obſtat; quòd remedium Extraordinariũ cum Ordinario non concurrat, cum;

rat, cum; quia remedia, inter quæ Ecclesia & minor optionem habent, contra diversos & ad diversa tendunt, ut idem n. 4. notat cum *cit.* Oddo q. 17. n. 14. tum verò; quia, ubi remedium Extraordinarium pinguius, sive per id Minori aut Ecclesiæ magis consultum est, quam per Ordinarium, istò omisso ad illud recurrere possunt: quod apud Interpp. *cit.* n. 6. Barbosam in l. *cit.* n. 3. & Oddum l. *cit.* n. 33. Regulæ instar tradunt, aut amplectuntur plurimi DD.

Tertiò, aliqui requirunt, ut læsio sit enormis. Alii contrà, licet minimam læsionem non sufficere censeant, & colligant ex c. *Ad nostram* 9. junctâ Glossâ V. *Enorme de Reb. Eccles. alien.* & l. *Scio* 4. ff. *hic*; quod non deceat pro minima læsione adire Prætorem: neque ab isto soleant, aut æquitas permittat pacta & conventiones bonâ fide initas ob minimam causam rescindi, Oddus *Tract. cit.* q. 4. n. 102. Etsi, inquam, hi minimam læsionem censeant insufficientem, valde enormem tamen ad in integrum restitutionem etiam non requirunt, juxta l. *Minoribus* 6. ff. *de Minoribus*; quia Minoribus restitutionis auxiliò succurritur, cum de bonis ipsorum aliquid minuitur. Quare regulariter sufficet læsio mediocris, sive quæ, spectatâ qualitate contractus & contrahentium conditione, prudentis viri arbitriò gravis & notabilis est, Panormit. in *cit.* c. 1. n. 8. & Covarruvias *Lib. 1. Var. cap. 3. n. 11.* Unde, licet Minori & Ecclesiæ in integrum restitutionis remediò non succurratur casu, quò prædium, cujus pretium infimum sunt aurei mille, 980. aut 950. vendidissent, restitui tamen possent, quando id vendidissent 800. aut etiam 900. ita, ut in decima vel saltem quinta parte, adeoque multùm infra dimidium essent læsi, Molina *cit. disp.* 573. n. 9. & alii.

Neque, ut existimat Gomez in 6. *Panales* 12. *Instit. de Actionib.* n. 4. Minori aut Ecclesiæ, etiam modicam, imò minimam læsionem passis, in integrum restitutionis auxiliò subveniri, rectè desumitur partim à paritate Appellationis, pro modico & minimo etiam damno Jure competentis, c. *De appellationibus* 11. & l. *Et à majoribus* 20. C. *de Appellat.* quia appellatio conceditur propter injuriam aut imperitiam judicis, ex qua aliquis gravatur, l. 1. ff. *de Appellat.* injuria autem & gravamen, sicut in magnis, sic & in modicis ac minimis inferri potest, Panormit. in c. *cit.* n. 2. partim ex l. *Si proprietarius* 22. pr. ibi, *Eadem erunt, & si minimum damnus detur*, ff. *de Damno infecto*, & l. *Quinque* 5. C. *Fin. regund.* ubi pro spatio quinque pedum terræ finium regundorum judicio est locus; quia pro modica aut minima læsione in integrum restitutionem dari, advertatur communi sensui DD. aliorum, numerò & nomine potiorum, indignum reputantium; ut etiam pro tali læsione bona fide initè contractus & gesti actus alii rescindantur, contra vulgatum illud, *De minimis, non curat Prator*, arg. l. *Scio* 4. ff. *hic*, à quo propositum restitutionis auxiliò adinventum est ob utilitatem Minorum; qui, si læsionis minimæ prætextu restituerentur in integrum, commercium ipsis omne auferretur; cum nemo facile cum ipsis contraheret metu rescissionis, cujus justam causam esse minimam læsionem sciret. Neque hac in re argumentum rectè ducitur ab Appellatione ad restitutionem; quia illa remedium Juris Ordinarium: ista verò Extraordinarium auxiliò est: Ordinaria autem Juris remedia etiam pro rebus modicis & minimis conceduntur, c. & l. *cit.* uti & l. 1. §. 10. ibi, *Et si portio hereditatis modica ff. de Conjung. cum emancip.* & l. *Quamvis* 13. ibi, *Quam-*

Kk kk k+3

ibi *Quamvis minima res legata sit, ff. Ut in poss. leg.* in Extraordinariis autem auxiliis, quæ minoribus natu, Ecclesiis, metum passis, dolò circumventis ex Prætoriana Æquitate adversus merum seu strictum Jus Civile conceduntur, regulariter de minimis non curatur, neque etiam in causa modica locum habent, Bartol. in l. Si proprietarius cit. n. 2. Panormit. in c. De appellacionibus cit. n. 3. ubi Laiman n. 2. & Oddus cit. q. 4. n. 103.

Dubium est primò, an, si Minoris vel Ecclesiæ re, v.g. domò venditâ, vel prædiò locatò & contractu perfectò, emptor vel conductor alius majus pretium offerat, locus sit in integrum restitutioni; sunt enim DD. qui id affirmant, eâ ducti ratione; quòd Ecclesiæ & Minori in lucro quoque subveniatur, c. Constitutus 8. hic & l. Ait Prætor. 7. ff. de Minoribus, cujus §. 8. adquæsitum, An si res minoris venierit, & existat, qui plus liceatur, in integrum propter lucrum restituendus sit, periculum omnino JCTi responsium est, Cotidie Prætores eos restituunt, ut rursus admittatur licitatio. Hac tamen in re arridet distinctio Lessii Lib. 2. de J. & J. cap. 17. n. 69. cit. Molinae disp. 575. n. 9. & Gutierrez Lib. 1. Practic. Civil. q. 38. n. 9. Vel enim, inquit hi DD. venditio vel locatio ex justa causa, adhibitis solemnitatibus Jure præscriptis, opportunò tempore debitâque circumspèctione & justò pretiò celebrata est, aut secus. Si prius, Minori & Ecclesiæ adversus venditionem aut locationem in integrum restitutionis auxiliò non subvenitur. Ratio est partim; quia læsio regulariter attenditur secundum tempus contractus, & non secundum tempus superveniens adeò; ut, si post contractum jam perfectum & consummatum valor rei augatur vel minuatur, læsionem ac proinde & restitutionem non causet, Be-

roius Lib. 1. Consil. 83. n. 27. & Consil. 90. n. 20. Menoch. de Arbitr. casu 149. n. 19. & Oddus Tract. cit. q. 57. n. 18. partim verò; quia in integrum restitutio Prætoriana Æquitate introducta est ad supplendam alienam vel propriam negligentiam vel culpam in damno emergente vel lucro cessante, v.g. ex venditione vel locatione: in his autem & aliis contractibus, debitâ circumspèctione & adhibitis Juris solemnitatibus, opportunò tempore justòque pretiò interveniente, celebrata ulla negligentia vel culpa non admittitur & lucrum ex auctiore pretio postea oblatò merè accidentarium est. Si posterior, in integrum restitutioni locus est ex responso JCTi §. 8. cit. imò, si res sine justa causa aut solemnitatibus, vel dimidiò justii pretii minori vendita vel locata fuit, contractus ipso Jure nullus est, vel ejus rescissio aut deficientis justii pretii supplementum peti potest ex l. Rem majora 2. C. de Rescind. vendit. ut rectè advertit Molina cit. n. 9.

Dubium & controversia inter DD. secundò est, an, cum læsio solum in quantitate pretii & infra dimidium facta est, læsus ad supplendum dumtaxat pretii defectum, vel etiam ad rescindendum ipsum contractum agere valeat. Ad solum pretii defectum supplendum agi posse, præter complures alios docent cit. Oddus q. 52. à n. 26. Covarruvias n. 14. & Molina n. 12. propter l. Si res 12. §. 1. ff. de Jure Dotium, ubi, uxore in æstimatione lævi circumventâ à marito, istius arbitrio relinquitur, an justam æstimationem vel servum præstet: & subjicitur, idem esse in minore circumvento: cui proinde suppleto pretii defectu satisfiet. Ratione id ipsum probant; quòd restitutio sit reparatio factæ læsionis; cum, quod per hanc ablatum est, reddat, l. Quod si minor 24. §. 4. ff. de Minoribus. Cum ergo læsio

go læsio solum acciderit in pretio, hōc ad justam æstimationem suppletō, læsio omnino satisfiet. Ita & valde probabiliter isti.

10. At non minori, imò præponderante probabilitate ipsius contractus rescissionem peti posse, cum Castro ad l. *Non interest* §. C. *Quod metus causa gest. n. 4.* & Pinello ad l. *De contractu* §. C. *de Rescind. vendit. p. 3. cap. 1. n. 11.* & aliis defendunt Fachineus *Controvers. Lib. 2. cap. 89. §. Caterum* & Palao *Tract. 32. disp. 1. p. 19 §. 2. n. 9.* permoti apertis textibus l. *Quod si minor cit. §. 4. & l. Parri 27. §. 1. V. Item ex diverso ff. de Minor. quarum priori, Minore in vendendo fundo circumscripto, emptor fundum cum fructibus restituere & pretium recipere jubetur: posterioris clarus tenor est, Si minore pretio vendiderit adolescens, emptor juberi debet prædia cum fructibus restituere. Consonat, c. 1. *bic*, cujus textu possessiones, in damnum Ecclesiæ laicis sub modico censu concessæ, ad illius jus & proprietatem redire jubentur. Neque deficit ratio; quia restitutio est reductio in statum pristinum, sive, in quo res fuit ante læsionem sive venditionem: in quem statum reductio non fit per solum suppletionem pretii: sed si, rescisso contractu, res cum fructibus restituatur, juxta §. 4. *cit.* Unde corrui ratio allata in contrarium.*

Neque obstat pro eo adductus §. 1. *cit.* quod enim eò statuitur, speciale est restitutioni inter conjuges: quæ, quantumvis uxor minor sit, suppletō duntaxat pretii defectu est faciendæ, ad mutui amoris conservationem, exigentem; ut inter eos gesta non rescindantur, si pretii suppletionem læso conjugi possit subveniri, Fachineus l. *cit.*

11. Dubium tertio est de Minore & Ecclesia ex contractu læsis ultra justum pretii

dimidium. v. g. quod res, cujus justum pretium sunt 1000. vendita sit 480. tali enim casu restitutionis remedio ipsis succurri, negant complures apud *cit.* Oddum §. 16. n. 111. ex ratione; quod ita læsis Jura providerint de remedio Ordinario l. *Rem majoris* 2. C. *de Rescind. vendit.* ex cujus, c. *Cum dilectus* 3. & c. *Cum causa* 6. de *Empt. & Vendit.* recepta & stabilita dispositione alternativè, vel contractus rescisso vel justum pretii deficientis supplementum peti potest. Unde locus esse non videtur Extraordinario restitutionis, Remedio, arg. p. §. 3. l. *In causa cit.*

Verum etiam sic læso, licet beneficium restitutionis necessarium non sit, succurri tamen eò posse, probabilius docent Panormit. in c. *Cum dilectus cit. n. 4.* Berouius l. *cit. n. 55.* & Covarruvias *cit. cap. 3. n. 11. V. Tertio hinc*; quod restitutionis remedium, licet Extraordinarium, pinguius tamen sit Ordinario l. *Rem. majoris cit.* cum; quod secundum istam non nisi alternativè vel rescisso contractu, vel pretii supplementum: per viam autem restitutionis determinatè ipsa contractu rescisso peti possit: tum verò; quod læsio notabilis, quam ad restitutionem obtinendam sufficere, est dictum, multò facilius probetur, quàm ea, quæ justum pretii dimidium excedit, ut in c. *cit.* idem Panormit. n. 5. observat.

## ARTICULUS II.

### De Personis, quibus ea competit.

#### SUMMARIUM.

12. Restituuntur I. Minores 25. annis,  
13. Eorumque hæredes,

14. Et

14. Et secundum aliquos etiam fideius-  
fores :
15. Quos melius alii non generaliter,  
16. Sed certis tantum casibus restitui  
volunt.
17. II. Ecclesia :
18. Non etiam clerici, in patrimoniali-  
bus laci.
19. Ecclesia & Minor, contra aliam Ec-  
clesiam aut Minorem restituuntur :
20. Nisi utriusque causa par sit.
21. Eorum socius laicus & major non re-  
stituuntur :
22. Nisi causa individua sit.
23. III. Monasteria, Hospitalia &c.
24. Uti & Collegia Studiorum.
25. IV. Republica.
26. V. Et ex clausula generali aliquan-  
do majores :
27. Inter quorum & Minorum &c. Re-  
stitutionem notabiles differen-  
tia sunt.
28. Majorem contra prescriptionem ex  
causa ignorantia restitui asse-  
rentium,
29. Et negantium Opinio verior,  
30. Sive Jus sive Ratio spectetur.

12. **C**ompetit hoc in integrum resti-  
tutionis privilegium primò, Mi-  
noribus viginti quinque annis  
l. 1. &c. ff. de Minorib. c. Consti-  
tutus 8. in fine &c. cum enim, ut l. 1. cit.  
Ulpianus loquitur, Fragile sit & infir-  
mum hujusmodi etatum consilium & mul-  
tis captivibus suppositum, multorum in-  
fidiis expositum: auxilium hoc & opitu-  
lationem adversus captiones eis Prator  
pollicitus est, non solum, quando in re-  
bus suis damnum passi sunt: sed etiam,  
cum ob suam incuriam vel injuriam ad-  
versarii neglexerunt lucrum, quod perci-  
pere potuissent, ut l. Ait Prator 7. §. 6. & l.

Non omnia 44. ff. eadem Rubr. habere,  
& colligitur ex c. Constitutum cit. ubi fra-  
tres in duobus, scilicet materna heredita-  
tis portione cum proprio damno ven-  
dendò, & portione hereditatis à patre  
venditam jure Retractus, quod intra an-  
num poterant, non revocandò lesi, resti-  
tutionem à Papa super utroque impetru-  
runt, Panormit. & Laiman in c. cit. n. 4.

Neque solum Minoribus: sed eo-  
rum quoque & aliorum, quibus in in-  
tegrum Restitutione Jura succurrunt, heredi-  
tibus & successoribus universalibus com-  
petit beneficium restitutionis; ut intra  
totum tempus, quò Minor, etiam ipò in  
integrum restitutionem petere valeat,  
l. Non solum 6. ff. hic & l. Minor 11. §.  
fin. ff. de Minoribus, Gomez Tom. 2. Var.  
cap. 14. n. 6. & Oddus de Restit. q. 50. n. 3.

Neque adversatur; quòd restituti-  
onis privilegium sit Personale; cujusmodi  
privilegium cum persona extinguitur &  
ad hæres non transit, Reg. In omnibus  
68. ff. & Reg. Privilegium 7. in 6. quia  
Regulæ istæ procedunt de privilegio, con-  
cesso præcisè ratione persone: non de eo,  
quod huic competit ratione damni in re-  
bus aut juribus emergentis aut loci ces-  
santis: cujusmodi est beneficium restituti-  
onis, quod Minoribus, & SCT: Velle-  
ianis, quod competit mulieri fideiubentis,  
ac proinde, sicut hoc mulierum, l. Hære-  
des 20. C. ad S. C. Velleian. sic & illud  
minorum transibit ad hæreses, cit. Co-  
mez n. 6. & Oddus n. 4.

An, sicut minoris hereditibus, sic etiam  
am fideiussori restitutionis beneficium  
profit, dubium reddunt textus l. Minor  
51. pr. ff. de Procurat. l. Si Tutor 2. §. ff.  
de Administr. tut. & l. Si pupillus 19. ff.  
de Acquir. hæred. quibus pupilli & mi-  
noris restitutionem etiam fideiussoribus  
prodesse habetur: quod etiam suadet ra-  
tio; quia, debitore principali liberato,  
liberato.

liberantur etiam accessiones, ut sunt fidei-  
jussiones & pignora, *l. In omnibus 43. ff. de Solut.* quia fideiussoria, ceteraque ob-  
ligationes accessoriae suam naturam subsiste-  
re nequeunt, nisi praecedat obligatio prin-  
cipalis, ex qua procedunt. Unde, de-  
bitore Minore restitutionis beneficiò li-  
beratò, eodem ipsi accessorius fideiussor  
quoque liber evadet; ne ipsi in Minorem  
exercita liberalitas fraudi sit, contra *l. Di-  
vius 28. ff. de R. J.*

15. Sed neque huic rationi, neque texti-  
bus illis, quantamcumque praefereant, ea  
vis inest, ut minori competens restitu-  
tionis beneficium ejus fideiussori regula-  
riter prodesse evincant; id enim huic  
ordinariè non prodesse, Regulae instar tra-  
dunt Gomez *cit. cap. 14. n. 9.* Oddus *q.*  
*48. n. 6. cit. Molina disp. 573. n. 20.* &  
Galesius *de Restit. in integ. cap. 10. n. 89.*  
nisi jure clarò & perspicuà solidaque ra-  
tione. Illò quidem; quia *l. In causa 13.*  
*pr. ff. de Minorib. l. 1. § 1. Si ea 2.*  
*C. de Fideiuss. minor.* restitutò minore  
eò ipsò etiam fideiussorem restituì, diserte  
negatur. Ista verò; quia creditor pro  
minoris promissione & ex ista ortà obli-  
gatione fideiussorem idèd requirere cre-  
ditur; ut sibi prospiciat in eventum à Mi-  
nore postulandae restitutionis; quod, cum  
fideiussor non ignoret, aequitas non per-  
mittit, ut restitutionis beneficiò ipsi suc-  
curratur in necem sive damnum credito-  
ris, cui se obtulit in obligationis securi-  
tatem, *l. In causa § pr. cit.*

Neque hac in re eadem ratio est fi-  
deiussoris & haeredis; quia iste eadem  
persona censetur cum defuncto, *Novell.*  
*48. pr.* & huic in universum jus succedit,  
*l. Nihil 24. ff. de V. S.* ut proinde mirum  
non sit, sicut defuncto, sic ipsi quoque  
restitutionem indulgeri: etsi ista non  
subveniatur fideiussori: qui, licet accesso-  
ria, omnino tamen diversa persona est à

debitore principali, Oddus *q. cit. n. 10.* &  
Zoëlius *in ff. de Minoribus n. 53.*

Neque contrarium pro fideiussore  
persuadent *ll. cit.* quia procedunt in spe-  
cialibus casibus Judicialibus, vel quibus  
restitutò Minore creditor, licet fideiussor-  
em non conveniat, indemnis servari po-  
test; quòd habeat alium, quem possit con-  
venire, Bruneman, *in l. In causa cit. n. 2.*  
Neque etiam ratio; quia, principalis sive  
Minoris obligatione sublata, fideiussoria  
obligatio ipsi accessoria perseverat; quòd  
pro illo scienter fideiubens in futura re-  
stitutionis casum se obligasse praesuma-  
tur, Oddus *q. cit. n. 7. § 9.*

16. Atque hæc de Minoris fideiussore do-  
ctrina; licet Regulae instar approbetur;  
& à Minore ad Ecclesiam extendatur; ut,  
sicut illius, sic istius in integrum restituo  
fideiussori non prodest, Everardus *Le-  
gal. arg. loco à Minore ad Ecclesiam 73.*  
*n. 6.* non unà tamen, ut insinuat, re-  
stringitur exceptione; præter casus enim  
*ll. in contrarium allegatis* relatos, minoris  
restitutio Fideiussori prodest Primò, si  
etiam ipse sit minor; hòc enim casu vel  
principalis restitutione uti, vel adversus  
suam fideiussionem, si eà se læsum pro-  
bet, restituì potest, *l. Minor 48. ff. de Mi-  
noribus, Oddus l. cit. n. 19.* Secundo, si  
minor restituatur adversus creditoris do-  
lum, *l. Si ea 2. cit.* quòd, creditorem do-  
losum indemnem servari, non exigit ra-  
tio aequitatis: imò ista exigit, dolum ipsi  
potius, quàm fideiussori obesse: & huic  
potius, quàm ipsi subveniri, *l. Si Titius*  
*48. §. 1. ff. de Fideiussoribus, cit.* Oddus  
*n. 14.* & Galesius *n. 99.* Tertio, si fide-  
jussor sit Minoris hæres, *l. Stichum 96. §. 3.*  
*ff. de Solut.* quia hòc casu restitutionis  
beneficiò, ut hæres Minoris personam re-  
praesentans, non ut fideiussor juvatur,  
*DD. cit. m. 29. § 96.* Quarto, si eum,  
pro quo fideiussit, deceptus Minorem non  
esse,



esse, existimavit *arg. l. Si ex causa 9. §. 2. ff. de Minoribus*; hoc enim casu non minoris ætatis & Juris Prætorii contemplatione, sed tanquam pro majore interventione creditur; ac proinde restitutionis commodò fruatur, *l. Ex persona 32. ff. de Fideiuss.* Quintò, in Judicialibus; si enim Minor uti defensor in judicio intervenerit & fideiussorem dederit, illius restitutionem huic etiam prodesse defumitur ex *l. Minor 51. pr. ff. de Procurat.* Menoch. *de Arbitr. casu 179. à n. 4.* & aliis casibus à *citr. Oddo à n. 18.* & *Galesio à n. 92.* relatis.

17. Secundò, beneficium hoc competit Ecclesiæ, *c. 1. c. Auditis 3. hic c. 1. §. 2. in 6. & Clement. unicâ*; quia, ut *c. 1. cit.* asseritur, Ecclesiæ gaudet jure Minoris; eùm enim, sicut minor fragilitate & infirmitate ætatis, sic Ecclesiæ negligentia & prodigalitate administratorum, non raro sibi & consanguineis suis plus æquò studentium, lædatur, à Jure Minoribus æquiparatur *c. 1. §. c. auditis 3. cit.* ut, quæ in istorum favorem disposita sunt, etiam ipsi indulta censeantur, Panormit. *in c. 1. cit. n. 15.* Covarruv. *Lib. 1. Var. cap. 4. n. 2.* Molina *Tract. 2. de J. & J. disp. 574. n. 1.* & *Gonzalez in c. 1. cit. n. 11.* Unde

18. Dubium oritur primò, an in integrum restitutionis ope etiam subveniatur clericis, læsis in bonis suis patrimonialibus. Ratio dubitandi est; quòd eòdem privilegio gaudeant bona Ecclesiarum & clericorum, *c. Non minùs 4. de Immunit. Eccles. & Aub. Item nullâ C. de Episc. & cleric. Glossa in c. Ecclesia 10. V. Personis Ecclesiasticis, de Constitut.* Verùm, ut hoc aliquò modò ita se habeat quoad privilegium immunitatis à tributis & exactionibus potestatis secularis, ut in *c. cit.* Panormit. *n. 7.* & *Felinus n. 10.* advertunt, clericis tamen contractu aliòve actu

in propriis suis seu patrimonialibus bonis læsionem passis in integrum restitutionis ope non subveniri, cum Glossa in *Clem. Unic. V. Ecclesia Zabarell. ibid. n. 14.* Berroio in *c. 1. n. 144.* & Interpp. aliis sustinent Speculat. *Tit. de Restit. in integ. §. Qualiter n. 7.* Covarruvias *Lib. 1. Var. cap. 4. n. 3.* & *citr. Oddus q. 4. n. 51.* hoc auxilium clericis in iis etiam bonis, ad quorum titulum Sacris sunt initiati, & ipsis etiam Prælati in bonis suis patrimonialibus læsis, denegans; nisi facta in hæc læsio in Ecclesiæ præjudicium redundaret. Ratio discriminis est; quòd pro hujusmodi clericorum & prælatorum bonis non militet ratio, cujus intuitu in integrum restitutionis privilegium indultum est Ecclesiis; ea enim fuit, partim favor Religionis & cultus Divini, ad quem & Ecclesiæ ministrorum sustentationem atque alimenta pauperum Ecclesiarum bona, ex fidelium ea offerentium intentione, sunt deputata; partim æquiparatio Ecclesiæ cum minoribus, *c. 1. §. c. Auditis 3.* quòd, sicut isti fragilitate ætatis, sic illa administratorum negligentia & prodigalitate facile lædatur, Panormit. *in c. 1. cit. n. 15.* & *Gonzalez ibid. n. 11.* quantum rationum neutra militat pro patrimonialibus clericorum, & ipsorum etiam prælatorum bonis, cùm; quia ab his, perinde ut à laicis propria seu patrimonialia sua bona in quosvis, prophanos non minùs quam pios, usus converti pro voluntatis suæ arbitrio possunt, *arg. l. In re mandata 251. C. Mandati*, illisque intestatis in talibus bonis proximi consanguinei succedunt, juxta *Novell. 118.* Ecclesiasticò Jure quoad clericos non obsecrè approbata, *can. Sacerdotes 12. q. 4.* tum verò; quia clerici & prælati seculares diligentiores pauperumque sunt in patrimonialium suorum, quàm Ecclesiæ bonorum administratione; & magis sollicitè curare solent; ne ipsi in propriis

propriis suis, quam in suis bonis Ecclesie lædantur, juxta illud, *Plus sapit stultus in suo, quam sapiens in facto alieno*, Jacobin. à S. Georg. in l. *Minoribus* 2. C. *Si tur. vel curat. n. 2.*

19. Dubium est secundò, an Minor contra Minorem & contra Ecclesiam Ecclesia restituatur, quando v.g. ex contractu cum eis celebrato sunt læsi. Negant id aliqui propter tritam Juris Maximam, quæ privilegiatus suò privilegiò adversus pariter privilegiatum non uti dicitur. Sed, hæc non obstante, illis etiam contra alium Minorem vel Ecclesiam restitutionis auxiliò succurri, multò frequentiori calculò affirmant alii & desumunt de Minore ex l. *Verum* 11. §. *fin. ff. de Minorib.* de Ecclesia verò ex c. *auditis cit. in fine*, ubi duæ Ecclesie super subjectione & exemptione litigantes, quòd utraque per omissionem necessariæ probationis læsa videretur & Minoris jure gauderet, ad eam contra se mutuo allegandam sunt restituta.

Neque contra hujusmodi Ecclesiam & Minorem facit relatum Axioma; quia ei locus non est, quando utriusque causa non est par, sive unus læsus est & alter lædens, & ille de lucro captando, iste de damno vitando certat; hoc enim casu utique læsus & de vitando damno certans restituatur adversus lædentem & lucrum captantem, Bartol. in *Aut. Quas actiones C. de SS. Eccles. Panormit. in c. Auditis cit. n. 8. & ibi Laiman n. 6.* Imò tali casu, si res penitus inspiciatur, privilegiatus cum privilegiato non concurrat; quia restitutionis beneficium Minoribus & Ecclesiis duntaxat læsis: non etiam lædentibus à Jure est indultum, ut ad *hanc Rubric.* probè notat Engel n. 6.

20. Casu autem, quò utriusque causa esset par; quòd de damno aut lucro certet uterque, melior foret conditio possiden-

tis, per *Reg. In pari 69. in 6.* sic enim, si Minor pecuniam temere credidisset alteri Minori, qui eam prodigè absumpisset, ille, sive creditor contra hunc, sive debitorem non restituatur, §. *fin. cit.* cum; quia melior esset conditio possidentis, sive ut l. *Si minor* 34. ff. *de Minorib.* dicitur consumptis: si inde non est factus locupletior: tum verò; quia rei favorabiliores sunt quàm actores, l. 125. ff. *de R. J.* Eòdem modò, si lucrosà hereditate ab uno Minore vel Ecclesia repudiata, Minori vel Ecclesie alteri quæsitam jam esset, ac proinde de captando lucro utraque pars certaret, repudians non restituatur contra possidentem; cum istius conditio in pari causa melior sit, & iste de lucro jam quæsitò non amittendo: ille verò de acquirendo certet, *cit.* Oddus q. 18. n. 38. & 40. Sanchez *Lib. 6. de Matrim. disp. 4. n. 15.* & alii passim.

Dubium est tertio, an Minori aut Ecclesie competens restitutionis beneficium etiam profit majori vel laico, eorum consorti seu socio litis. In quo pugnant VV. Opiniones in concordiam reduci à RR. solent auxiliò distinctionis; vel enim, inquit istis, causa aut res, circa quam Minor aut Ecclesia læsa restituatur, est dividua v.g. si minor & major, Ecclesia & laicus servitutum aqueductus itineris &c. quam in fundo alieno habent, simul remittant: & postmodum Minor aut Ecclesia adversus hanc remissionem restituatur? Et hoc casu cum minore vel Ecclesia non simul restituatur major vel laicus, l. *Unica C. Si in communi &c.* quia causa est dividua; cum minor & Ecclesia sine istis ejusmodi servitutum habere & restitutionis commodum plenè sentire valeant. Vel causa individua est, v.g. si castri, villæ, prædii &c. dominium minor & major simul ita habeant, ut id vendere vel in eo servitutum constituere

LI II 1 2 sine al.

sine altero neuter possit? & tali casu adversus ejus venditionem aut servitutis constitutionem restitutio minore restitutus etiam major censetur, *arg. l. Si communem 10. pr. ff. Quemad. servit. amit. l. Loci 4. S. 3. & 4. ff. Si servitus vendicetur*. Ratio est; quia, quando privilegiatus cum non privilegiato concurrat, si res individua est, & ille privilegii sui commodum percipere sine isto non valeat, hunc ad se trahit, *arg. l. Si communem cit.* Ita Gomez Tom. 2. Var. cap. 14. n. 10. Molina *cit. disp. 573. n. 3.* & alii: qui tamen non omnes consentiunt in illatis exemplis.

23. Tertio in integrum restitutionis privilegio gaudent Monasteria & Collegia Religiosorum & Clericorum, hospitalia aliaque loca sacra & Religiosa, hoc est, Episcopali vel alia simili autoritate Ecclesiastica ad Divinum cultum vel Religionis augmentum, ad pietatis aut misericordiae opera deputata, *l. Omnia 35. C. de Episc. & cleric. quae privilegia concessa Ecclesiis ad ejusmodi loca extenduntur.*
24. Addunt his aliqui Collegia Studiorum, & merito; non quidem propter æquiparationem cum Ecclesia; quia ferè sacra aut Religiosa loca non sunt: sed ratione personarum in iis degentium, quæ ferè sunt minores, ut rectè observant *cit.* Panormit. *in c. 1. hic n. 15.* & Molina *disp. 574. n. 2.*

25. Quartò, idem beneficium competit Reipublicæ: neque solum integræ ac supremae, sive non recognoscenti in temporalibus superiorem: sed inferioribus quoque, quæ per administratores reguntur, ut sunt Civitates, Oppida, Pag; nam etiam tales quoad bona & jura communia (uti & Princeps quoad bona Coronæ seu Principatus & fisci) læsa in integrum restituantur, *l. Reipublica 4. ibi, Reipublica Minorum jure uti solet, ideò-*

*que auxilium restitutionis implorare potest, C. Quibus ex caus. major. cum enim, sicut Minores per curatores, sic ipsæ per administratores regantur, istorum negligentia læsa ad minorum exemplum restitui possunt, cit. Panormit. n. 15. & Molina n. 4.*

Quintò, ex justa causa restitutio aliquando etiam conceditur majoribus 26. annis, *Rubric. & text. ff. & C. Ex quibus caus. major.* Et in primis quidem læsa propter absentiam Reipublicæ causæ: ex qua causa abesse censetur, qui non sui commodi & privati negotii gratia & data operâ, *l. Et qui 5. l. Non verè 42.* sed propter necessitatem vel utilitatem ipsius Reipublicæ & coactus abest, *l. Reipublica 36. ff. eadem Rubr.* ut sunt, qui Provincia alicujus gubernanda, legationis obeunda, negotii alicujus publici gerendi causa mittuntur: vel in militia & expeditionibus, sive dein in castris & acie, sive in præfidiis & stativis ubicunque demum, etiam in patria sua occupantur, *l. Abesse 32. ff. Militis 7. & 45. ff. Ex quib. caus. major. l. Quod tempore 3. & C. de Restit. milit.* Quibus, uti & militum uxoris maritos comitantibus, *l. 1. & l. fin. C. de Uxorib. milit.* non quidem semper, sed quamdiu propter militiam, legationem vel aliam Reipublicæ causam abluunt & reverti commodè non possunt, *l. Militis 34. C. l. Hi qui 37. & l. Si cui 38. §. 1. ff. Ex quibus caus. major.* Quibus, inquam, in integrum restitutionis beneficium concedendi ratio fuit; quòd totò eò tempore rebus & negotiis suis superesse non possint, *Zacius in ff. ad Rubric. cit. n. 2. & 3.* Deinde etiam læsis propter absentiam ex alia causa necessaria, v.g. propter metum justum mortis, atrocis cruciatus &c. propter infirmitatem vel luem epidemicam sive grassantem pestem: propter captivitatem aut quamcumque aliam videntem

sentam detentionem, l. *Metus* 3. l. *Succurritur* 9. l. *Item ei* 14. l. *Si cui* 38. in fine ff. eadem Rubr. quod rebus suis superesse & pro iis agere etiam ipsi non possint. Præterea ex eadem clausula aliquando etiam mulieribus & rusticis, saltem rudioribus & in causis ad rusticanam peritiam non pertinentibus, succurri, existimat Maranta apud *cit.* Molinam disp. 574. n. 5. quod, cum jura ignorent, & istorum peritos consulere facile non possint, sæpe obnoxii sint deceptionibus & extraordinarii remedii auxilio juvandi. Et demum aliis, ex necessitate, & non ex voluntate agere non valentibus, l. *Sed etsi* 26. in fine, si legibus in integrum restitui non prohibeantur, l. *Nec non* 27. §. 2. ff. eodem Tit. ex Edicti Prætoriani clausula generali, *Si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituum*, l. 1. *cit.* in fine relatâ.

27. Notabilis tamen, eaque tergemina differentia est inter restitutionem, quâ minoribus, Ecclesiæ & huic æquiparatis ex Edicto minorum, & eam, quâ majoribus ex iusta causa subvenitur; Primò enim minori sola ætas minor & læsio; Ecclesiæ eique æquiparatis læsio duntaxat: majoribus autem eam petentibus præter læsionem etiam iusta causa absentia Reipublicæ gratiâ, infirmitatis, captivitatibus &c. ob quam læsio acciderit, & ipsis imputari nequeat, probanda est, ut ex Prætoriana clausula restitui mereantur, Panormit. in c. *Ex literis* 4. n. 5. & *ibi* Laiman n. 6. Secundò majoribus, non nisi ad ipsorum instantiam, minoribus verò & Ecclesiæ, etiamsi nemo sit, qui petat, per in integrum restitutionem officio judicis succurritur, Panormit. l. *cit.* n. 11. Tertiò, in integrum restitutionis auxilio non succurritur Majoribus, quando suppetit Appel-

lationis aut aliud remedium Ordinarium, quò læsioni occurrant: Minoribus autem & Ecclesiis eis æquiparatis; c. 1. *Et c. Auditis* 3. etiam cum Appellationis aliudve Ordinarium habent, Extraordinariò restitutionis remedio subvenitur, quando hoc Ordinariò pinguius est, sicut restitutionis remedium pinguius est remedio appellationis; cum per illud Minori & Ecclesiæ facilis & efficacius succurratur; quod neque novam inchoare instantiam, neque superiorem & fortassis remotum judicem adire, sicut appellans, teneantur, ut cum Panormit. in c. *Tum literis* 5. n. 18. notant Laiman in c. *Ex literis* 4. n. 4. & Pirthing ad hanc Rubr. n. 31. not. 3.

Dubium hic & accipitis resolutionis controversia est, an ex dicta clausula 25. annis majores, vg. adversus præscriptionem completam, restituendi iusta causa sit ignorantia, saltem invincibilis, & Facti. Affirmat id Bartolus in l. *Emilius* 38. ff. de Minorib. n. 5. cujus sententiam perquam frequentibus calculis DD. & Tribunalium praxi receptam testantur, & amplectuntur *cit.* Oddus q. 90. à n. 18. & Galeusius de Restit. cap. 8. n. 199. eâ præcipuè persuasi ratione; quod clausulâ illâ Prætor non ex absentia duntaxat: sed alia etiam iusta causa, si leges non obstant, restitutionem majoribus polliceatur. Cur non ex iusta ignorantia solius facti? quam Jura non excipiunt: imò alicui damnosam esse nolunt, l. *Error* 8. ff. de l. & f. l. Accedit; quod præscriptio introducta sit in odium, res suas negligentium, c. *Vigilanti* 5. de Præscript. & l. *Ut perfectius* 2. c. de Annali except. qualis, cum iustâ ignorantia laborans non sit, ea iusta causa erit majorem adversus præscriptionem restituendi.

Sed, licet hæc &, si quæ alia sunt, 29.  
L 1111 3 istius

istius Opinionis fundamenta minimè le-  
via, ea tamen non sunt, ut Jure verior vi-  
deri non possit Negativa: quam cum  
Castro in l. fin. C. de Longi temp. præ-  
script. n. 4. Pinello in Auth. Nisi C. de  
Bonis matern. à n. 58. Ferd. Valquio Il-  
lustr. Controvers. lib. 2. cap. 65. à n. 2.  
& multis aliis non minoris in Jure no-  
minis DD. defendunt Wefenbecius in ff.  
Ex quibus caus. major. n. 10. Zoësius ibid.  
n. 6. Bruneman. in l. fin. cit. n. 10. &  
30. alii RR. jd defuentes ex c. Ad aures 6.  
de Præscript. & l. fin. C. de Fund. patrim.  
secundum quos textus quadragenaria  
præscriptio omnem prorsus actionem,  
molestiam & quamlibet inquietudinem  
(ac proinde etiam in integrum restitutio-  
nem) excludit; ut præscribens *Plenissi-  
ma munitione sit securus*, l. Omnes 4. C.  
de Usucap. transform. quâ ab Imp. an-  
tiqua biennalis temporis præscriptiones,  
quibus rerum domini absentes & igno-  
rantes, nullò ad eas regressu & recupe-  
randi remediò reservatò, excludebantur,  
ita correctæ sunt, ut hodie non nisi de-  
cem, viginti aut triginta annorum præ-  
scriptione (nullâ circa ignorantiam muta-  
tione factâ) excludantur. Demum rati-  
one, partim; quia, si major adversus  
præscriptionem restitueretur ex causa i-  
gnorantiæ, illa rarè & vix unquam lo-  
cum haberet; cum res suas, sicut jacta-  
re, sic ab alio usucapi sciens pati nemo  
præsumatur, arg. l. Cum de indebito 25.  
pr. V. Sin verò ff. de Probat. partim verò;  
quia, ne ignorantia dominis facilè  
obesse possit, Jura ipsis præsentibus de-  
cem, absentibus autem omnino viginti  
annos indulserunt: quibus res suas, si  
quas fortè ignorarent, perquirere pos-  
sent; ut proinde, quibus ætas aut alia  
causa Jure approbata non patrocinetur,  
contra eam aliud remedium indulgere,

neque Reipublica utile, neque ipsis ne-  
cessarium fuerit. Ex quibus

Corruit adverbæ partis fundamen-  
tum; quia ex causa ignorantia majores  
restitui non obscurè prohibet dispositio,  
præscriptionem ignorantibus speciali pri-  
vilegiò non munitis (præclusò omni re-  
mediò) nocere declarans, non tam odiosò  
dominorum res suas negligentium, quam  
favore Reipublicæ: cujus interest, in-  
certa rerum dominia, l. 1. ff. & pr. In-  
stit. de Usucap. de iis lites, easque amiti-  
tendi timorem immortales non esse, l.  
Cum notissimi 7. pr. C. de Præscript. 30.  
vel 40. annor.

### ARTICULUS III.

De Causis, in quibus  
in integrum Restitutiõni est  
locus.

#### SUMMARIUM.

31. Minor Ec. lapsu restituitur l. ad-  
versus Donationem:
32. Non tamen cause pia:
33. Aut mortis causa factam:
34. Nisi ista ex aliqua causa irrevoca-  
bilis esset.
35. II. Adversus Emptionem Venditi-  
onem & tempora Retractus:
36. III. Adversus Transactionem & Ca-  
lios Contractus:
37. IV. Adversus Hereditatis aditio-  
nem &c.
38. Non tamen, si hereditas post aditio-  
nem perit:
39. Nisi interitus potuerit præcederi.
40. V. Adversus Sententiam & Rem Ju-  
dicatam,
41. Etiam à Principe.

42. *Vel ter conformiter latam.*

43. *VI. Adversus Appellationis fatalia*

44. *VII. Adversus Usucapionem.*

31. **R**egula generalis est, minores, Ecclesiam & huic æquiparata loca Sacra & Religiosa, quoties contractu distractivæ aut alio actu, judiciali vel extrajudiciali, etiam tutoribus vel curatoribus præsentibus, notabiliter læsi sunt, in integrum restitutionis beneficiò servari posse indemnes. In specie autem restituantur

Primò adversus Donationem cum excessu, non solum merè liberaliter, sed etiam ex causa v.g. remunerationis, constituendæ dotis, ante vel propter nuptias factam, *l. fin. C. Si advers. Donat. & l. Unica C. Si advers. dot. Cum excessu*, inquam; quia, si cum debito moderamine & facultatum qualitatique personarum donantium & in quos donationes conferuntur, & Consuetudinis loci observatâ ratione fiant donationes, restitutioni obnoxie non sunt, Zæsus *in ff. de Minoribus n. 5.* Ubi tamen

32. Dubium est primò, an minor etiam restituatur adversus donationem, factam Ecclesiæ, Monasterio, Hôspitali, pro alimentis pauperû vel redemptione captivorum aut alteri causæ piæ. Ratio dubitandi oritur ex *l. fin. cit.* generalitate. Verùm, istam ad donationes piæ extendi, non permittit ratio; quia ex Edicto Prætoris non rescinduntur actus minoris, ab eo laudabiliter piæque gesti: licet postea horum minorem poeniteat; cum tales actus decernendò non leviter sed prudenter se gesserit: imprudenter autem levitèrque se gerat, dum adversus eos in integrum restitui petit, Bald. *Novell. de Dote p. 6. privileg. 63. n. 2.* Rebuff. *de Restit. in integ. art. 1. Gloss. 2. n. 6.*

& Oddus *simili Tract. q. 57. n. 25.* Resolutioni huic non parum roboris addit; quòd minor non restituatur adversus pacem factam cum inimico, sive injuriæ ab isto sibi illatæ remissionem, *arg. l. Auxilium 37. ff. de Minoribus*, cujus *pr. minor* non restituitur adversus omissionem accusationis. Ratio est; quòd, licet injuriæ remissio donatio quædam sit, *l. Modestinus 23. pr. ff. de Donat.* Tiraquell. *in l. Si unquam C. de Revoc. donat. V. Donatione q. 8. n. 143.* & Wesenbec. *ff. de Pactis n. 8.* eâ tamen minor læsus non intelligatur; cum injuriæ remissione exerceat actum Charitatis, sibi que conciliet inimicum & gratiæ Divinæ augmentum promereatur; itaque animæ suæ salutem prospiciat.

Dubium secundò est, an minor etiam restituatur adversus mortis causâ donationem. Qua in re interest, an talis donatio, ut per se solet, revocabilis, aut ex causa aliqua irrevocabilis sit; priori enim casu, sicut adversus testamentum, sic etiam adversus hujusmodi donationem minorem non restitui, satis exploratum est; quòd in integrum restitutionis auxilium respectu hujusmodi donationis superfluum sit; cum testamenti instar usque ad supremum vitæ spiritum liberâ voluntate revocari queat, *l. Cum hic status 32. §. 3. ff. de Donat. inter vir. & uxor. & l. Omnium 19. C. de Testament. Ripa in l. 1. §. 13. ff. ad SC. Trebell. n. 31.* Posteriori verò, v.g. cum mortis causâ donatio patre consentiente facta fuit, ut non nisi eo consentiente valeat revocari, juxta *l. Senatus 35. §. 4. ff. de Mortis causâ donat.* hoc, inquam, casu Minori adversus donationem restitutionis ope succurritur; cum enim ab hujusmodi donatione improvidè facta se expedire alia ratione nequeat, læsus adversus eam, perinde ut adversus donationem

nationem factam inter vivos, in integrum restitutionis opem rectè implorabit, & hæc ipsi non poterit denegari, Roderic. Suarez *allegat.* 20. n. 8. & 11. & *cit.* Oddus q. 58. n. 38.

35. Secundò adversus Emptionem & Venditionem, etiam factâ solutione: si ve eas celebrantes; quòd rem emi vendive non expediret, quoad substantiam: si ve; quòd eam emi minori pretio vendive oportuerit, quoad quantitatem duntaxat sint læsi, *l. Ait Prator 7. §. 1. ff. de Minorib. l. fin. C. Si advers. vendit. & Si advers. solut.* ut dictum n. 8.

Tertiò adversus tempora Retractus, si ve cum possessiones seu res, alicui extraneo vel magis remoto consanguineo venditas, proximâ consanguinitatis vel aliò jure, oblatò eòdem pretiò ad se revocandi, loci statutò vel consuetudine indultum tempus labi permiserunt, *c. Constitutus 8. junctâ Glosâ V. Consuetudinem.*

36. Quartò adversus Transactionem rerumque communium divisionem, *l. 1. l. fin. C. Si adversus Transact.* adversus rerum Permutationem, Locationem, Conductionem, Societatem, Mutui & quemcunque alium Contractum onerosum: uti & adversus Compromissum in judicem, *l. Si minor 34. §. 1. ff. de Minorib.* si ex eo vel alia pactione seu conventionem validè celebrata, sint læsi, Gomez *Tom. 2. var. cap. 14. n. 1. & 2.*

37. Quintò adversus Aditionem vel omissionem & Repudiationem hæreditatis, si hanc, cum lucrosâ appareret, propter legatorum & debitorum magnitudinem sibi damnosam: vel contrâ, cum damnosa aut inutilis appareret, locupletem & sibi utilem esse comperiant, *l. Ait Prator cit. §. 9. l. Si minor 24. §. 2. ff. de Minorib. l. 1. & l. fin. C. Si minor ab hered.* Ad hanc tamen restitutionem

adversus omissam vel repudiatam hæreditatem, cum non ad vitandum damnosum, sed lucrum acquirendum tendat, requiritur; ut res adhuc sit integra, §. 2. *cit.* si enim res hæreditariæ jam essent dissipatæ & in tertium possessorem translata, nullus ad hæreditatem aditus esset restitutus, *l. fin. pr. C. de Repud. hered. Oddus q. 4. n. 62. & Zacius in ff. de Minorib. n. 10. Unde*

Dubium oritur, an, si minor vel prælatus Ecclesiæ nomine adit lucrosam hæreditatem, quæ postea perit, in integrum restitutioni sit locus. Tali enim casu minorem & Ecclesiam restituendam, desumi videtur ex eo; quòd minor restituatur adversus ea, quæ gessit: gestisse autem etiam, *Si quid conrigerit*, dicatur *l. Ait Prator 7. pr. ff. de Minoribus*; atque idcirco ei restitutionis ope subveniatur, si pecuniam à paterno debitore solutam *Perdiderit*, *l. cit. §. 2. & læsus sit sine sua culpa, l. Divus 7. §. 1. ff. de In integ. restit.* Verùm his *l.* minorem hæreditatis aut alterius rei, fortuitò pereuntis, interitum læsum restitui non evincitur; quia impromissis *pr. cit. V. Conrigerit*, non quòd casu fortuitò, sed quòd actione & voluntate ipsius minoris evenit, denotari *pr. cit.* subjecti §. 1. verbis, *Si emerit aliquid, si vendiderit &c.* declaratur. Deinde §. 2. *cit.* restitui idem minor dicitur, *Si pecuniam perdiderit*, ex sua incuria vel negligentia, ut verba illa intelligit Bartol. *in l. Verùm 11. §. Scilicet dum 3. ff. de Minoribus n. 1.* Demum *l. Divus cit. §. 1.* eidem subvenitur, *Si sine sua quidem culpa, sed dolo adversarii læsus est, vel etiam ex errore aut ignorantia, quæ provenit ex fragilitate ætatis & in minoribus culpa non reputatur, ut idem Bartol. adnotavit in l. Quod Nerva 32. ff. Depositi.* Quare in

Re in §. Sciendum cit. n. 1. Baldus *ibid.* n. 2. Rebuffus *de Restit. in integ. art. 1. gloss. 2. n. 7.* & communibus calculis alii, Minorem & Ecclesiam aduersus ejusmodi hæreditatis aditionem restitui negant, ducti *l. Verum cit. §. 4.* ubi relati Pomponii responsum est, Minorem non restituendum, *Qui sobriè rem suam administrans*, ut vg. lucrosam hæreditatem adiens, *Occasione damni, non inconsulte accidentis, sed satò, velit restituere.* Rationis locò ICT.º subjicit; *Nec enim eventus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas*, seu fragilitas ætatis: quæ ratio confirmatur partim; quia hujusmodi læsio etiam cadit in ætate majores, omni circumspectione aduentus hæreditatem aut aliud quidpiam gerentes; atque idcirco imputari nequit ætatis fragilitati, quæ captis læsisque ex Edicto Prætorio subuenitur, *l. Verum cit. §. 3. & 4.* partim verò; quia proposita Minoris & Ecclesiæ læsio non contigit ipsâ aditione hæreditatis, istiusque aditæ tempore: secundum quod attenditur læsio, aduersus quam ipsis in integrum restitutionis auxiliò succurritur, per tradita à Beroio *Lib. 1. consil. 83. n. 27.* Cravetta *Consil. 131. n. 7. & Consil. 188. n. 4.* & Menoch. *de Arbitr. casu 149. n. 19.*

39. Excipiendus tamen est casus, quò hæreditatis interitus vel damnum aliud, licet improvisum & inopinatum sit, à minori tamen aut prælato, si eam diligentiam, quam Majores & res aut negotia propria gerentes solent, ipsi quoque adhibuissent, non difficulter prævideri aut rationabiliter timeri debuisset ac potuisset; cum enim tali casu læsio Minoris, ætatis quadam fragilitate, aut prælati negligentia aliqua acciderit, restitutionis opem minori & Ecclesiæ non denegandam, cum Baldo *in l. Verum cit. §. Si lo-*

*cupleri §. docent Maur. de Restit. in integ. cap. 178. in fine & cit. Oddus q. 4. n. 32.* referens alias hujus resolutionis limitationes.

Sextò aduersus sententiam minor & 40. Ecclesia restituuntur, quando necessariam probationem, vel exceptionem & defensionem sibi competentem, in tempore producere vel opponere ille, vel istius Prælati, aut illius tutor curatòrve, vel istius procurator per imprudentiam aut negligentiam omiserunt; & propterea contra eos fuit pronuntiatum: quod de Minore *l. In causa 16. §. fin. l. Minor 36. ff. de Minoribus & l. fin. ff. hinc de Ecclesia autem c. Cum venissent 2. c. Auditis 3. &c.* habetur. Atque hujus aduersus sententiam restitutionis ea vis est; ut minor & Ecclesia non tantum ad allegationis vel exceptionis omisissæ productionem oppositionemque admittatur: sed ipsius etiam sententiæ executio suspendatur; quia, restitutionis causâ pendente, regulariter circa rem litigiosam nihil innovari: sed omnia in suo statu remanere debent, *l. Unica C. De in integ. Restit. postul. Oddus q. 43. n. 2.* à qua Regula excepta non reperitur sententia definitiva: nisi præsumptio malitiæ sit contra restitutionem petentem, *c. Suscitata 6.* quod condemnatus in continenti nullam, ne quidem aliqualem, læsionem probare possit; tali enim casu sententiæ executionem non impediri, *q. cit. à n. 86.* latè ostendit. Qua de re

Dubium moveri solet primò, an minor etiam restituatur aduersus sententiam, à Papa aliòve Principe supremo latam; id enim cum Hostiensis *in c. Suscitata 6. v. Impediri*, Baldo *in l. Si causa 32. C. de Transact. n. 2.* & aliis negant Menoch. *Adipisc. remed. 4. n. 831.* & Covarruv. *Prætic. cap. 25. n. 7.* propter autoritatem talis sententiæ, maximam, & ini-

M m m m m

& ini-



& iniquitatis suspitionem omnem; ac proinde, sicut appellationem, l. 1. §. 1. ff. *A quibus appell. non licet*, sic & restitutionem removentem, arg. c. *Suscitata cit.* Verum ratio ista militat contra solam restitutionem aduersus summi Principis sententiam prætextu illius iniustitiæ & iniquitatis, quæ petitur ad appellandum ab ea: non etiam contra restitutionem, quæ petitur prætextu erroris vel lapsus ætatis & ignorantia, vel alterius causæ, non ex parte iudicantis aut ejus sententia, sed ex parte solius minoris aut Ecclesiæ læsæ se tenentis. Quare, et nihil moti Panormit. in c. *Suscitata cit. n. 8.* Bellamera *ibid. n. 12.* Curtius jun. in l. *Si causa cit. n. 6.* Rebuff. de *Restitut. in integ. art. 1. gloss. 1. n. 43.* & aliis relatis *cit.* Oddus q. 72, n. 62. & 63. minori & Ecclesiæ, in integrum restitutionis auxilium etiam aduersus Papæ & alterius Principis supremi sententiam, propter erroris lapsusque ætatis & alterius similis causæ prætextu petentibus, saltem si præviâ summariâ cognitione error aut læsio verisimilis appareat, concedendum: & donec de erroris ac læsionis veritate plenè cognoscatur, sententiæ executionem suspendendam, censent arg. c. *Tum literis 5. hic & l. Minor 18. §. 1. ff. de Minoribus.*

2. Dubium secundò est, an restitutioni locus sit aduersus tres sententias conformes, in eadem causa & super eodem articulo latas. Ratio dubitandi gravissima est; quòd hujusmodi tertiâ sententiâ res transeat in rem iudicatam; ut locus non sit appellationi, c. *Sua 6. de Appellat. & l. Unic. C. Ne liceat in unam ter. provoc.* quòd tres hujusmodi sententiæ inducant præsumptionem pro iudicibus; cum, in eadem causa & articulo aliquem à tribus diversis iudicibus gravari, verisimile non sit; Bruneman.

in l. *cit. n. 5.* & pro eo etiam pro quo, & contra eum aduersus quem tot iudices iudicârunt; quòd iste iniustam, ille verò iustam causam foveat: quâ præsumptione ea, quæ pro minoris aut Ecclesiæ jure & læsione militat, planè elidi videtur: quæ ratio apud Baldum in l. *cit. n. 10.* Ripam in l. *Si se 4. §. Condemnatum 6. ff. de Re judic. n. 12.* Covarruv. *cit. . 7.* & alios tantum potuit; ut tertiò ita condemnato in integrum restitutionis opitulationem denegandam, affirmarent. Sed contra cõmunem sententiam aliorum, auxilium hoc illi adstruentium cum Salyceto in l. *Unic. cit. in fine*, Franc. in c. *Ex ratione 8. de Appellat. n. 70. ad finem*, Maranta de *Ord. judic. p. 6. §. de Appell. n. 112.* Menoch. de *Arbitr. casu 9. n. 3.* & aliis, non levis momenti nixi ratione; quòd, licet tres sententiæ conformes inducant præsumptionem pro iudicibus, quòd iustè iudicârint, tamen non tollant præsumptionem erroris ex iuvenili imprudentia orti in minore; ut etiam ratione illius restitui & restitutus audiri amplius non possit.

Ratio hæc, licet vim non omnem adimat deductæ in contrarium, modum tamen suggerit, oppositas sententias in concordiam reducendi foedere distinctionis; vel enim aduersus tres sententias conformes restituitio petitur prætextu iniustitiæ & iniquitatis sententiarum, vel prætextu erroris & imprudentiæ ætatis; si prius, propter præsumptionem calumnia, sicut non admittitur appellatio, sic etiam restituitio denegatur ad effectum, ut tertiò iudicati executio retardetur, c. *Suscitata cit. & Clement. 1. de Re judic.* Si posterius, & restituitio petitur prætextu erroris & imprudentiæ ætatis, in integrum restituitio ei conceditur ita; ut, si in continenti iudicem de bono iure suo &

suo & prætenso ætatis lapsu summarie informet, & quasi fumum aliquem de eo det, executione sententiæ suspensâ, plena erroris ex eoque ortæ læsionis probatio ipsi in integrum restitutionis iudicio reservetur, *Mynsinger Centur. 3. observat. 84. eumque secutus Oddus cit. q. 72. n. 68. & 74.*

43. Septimo adversus Appellationis fatalia, sive lapsum à Jure indulci temporis ad eam interponendam vel prosequendam, *l. Ait Prætor cit. §. 11. quò tamen casu, propter præsumptionem pro sententiâ, restitui petens saltem summarie ostendere debet justam causam appellandi, vg. jura sua & allegationes antea non deductas, Gratianus Discept. forens. cap. 439. n. 45. & Bruneman. in l. cit. n. 22.*

44. Octavo adversus Usucapionem, *l. Unica C. Si advers. Usucap. vg. si ista contra majorem, cui minor successit, inchoata, & contra hunc, exactâ ætate pupillari, continuata compleatur, eam enim beneficiò restitutionis ob ætatem rescindi, DD. passim docent apud Zæcium in sit. Rubric. & Bruneman. in l. Unicam cit. n. 22.*

#### ARTICULUS IV.

### De Causis, in quibus in integrum Restitutioni locus non est.

#### SUMMARIUM.

45. Restitutio non competit adversus Matrimonium,  
46. Et professionem Religionis,  
47. Quinquenni lapsu ratificatam,  
48. Secundùm aliquos etiam ratione impedimenti adversus illam reclamandi.

49. Verius ratione ejus restitutio,  
50. Pro ea ad Papam Sc. recurrentibus, datur.  
51. Restitutio non datur adversus gesta post impetratam veniam ætatis,  
52. Et ea, quæ major factus rata habuit,  
53. Vel, se non revocaturum, minor juravit:  
54. Licet Prælati juramentum non impediat Ecclesiæ restitutionem.  
55. Eadem non datur adversus casum fortuitum,  
56. Gesta à minore, dicente se majorem,  
57. Et delicta dolo commissa:  
58. Neque etiam adversus propriam confessionem:  
59. Nisi ista falsa aut indebitò sit extorta.  
60. Minorem adversus beneficii Restitutionem restitui negantium,  
61. Et affirmantium verior Opinio:  
62. Saltem si res adhuc integra:  
63. Imò &, si ea non integra & beneficium alteri sit collatum.

**R**egula tamen hætenus firmata 45 & declarata suas admittit exceptiones; varii enim casus & causæ in integrum Restitutionis beneficium excludunt:

Primo enim id excludit contractus Matrimonii carnalis, propter istius insolubilitatem; quia hæc est Juris Divini, *Matth. cap. 19. v. 6. cui Humanum, quò beneficium illud introductum est, nequit derogare, arg. can. Inferior 4. dist. 21. & c. Cum inferior 16. de Major. & Obed. Dixi autem Contractus; quia in dote & aliis quibusdam matrimonio accidentariis, restitutioni locum esse, liquet ex dictis, & præter alios tradunt Covarruv. *Lib. 1. var. cap. 5. n. 1. & 8. Oddus De in integ. rest. q. 60. n. 3.**

M m m m m      Secundo,

46. Secundò, Matrimonium Spirituale, initum per professionem in Religione approbata validè emissam; quòd status Religiosus fere instar conjugalis perpetuus sit, animæque melior: & quia Seculari perfectior est, ejus susceptione nemo censetur lædi, Panormit. in c. Ex parte 14. de Restit. Spoliat. n. 6. Oddus q. cit. n. 23. & Barbosa in c. cit. n. 4. Dixi, Emissam validè; quia professionem ob ætatis vel plenæ libertatis defectum, aut ex quacunque causa invalidè editam præterens, si intra quinquennium ab ejus emissæ die computandum: non etiam, si postea reclamet, haud est audiendus, ex decreto S. Synodi Tridentinæ Sess. 25. cap. 19. de Regular. Unde Dubium & magni momenti controversia nascitur, an, si quòd minùs intra quinquenniù reclamaret, impeditus fuit, allegatis hujusmodi justis impedimenti causis adversus quinquennii lapsum extraordinariò in integrum restitutionis auxiliò restitui valeat, ut super prætenfæ nullitatis causis postea sit audiendus. Id certè negant Cævallos *Q. Q. Practic. q. 500. in fine* & Flamin. de Resignat. lib. 13. q. 5. n. 46. quod, ille receptum præxi, iste verò à S. Congreg. Cardd. Interpp. declaratum, ajunt. Aliud autem suæ Opinioni fundamentum neuter allegat. Pro ea tamen etiam facit ratio
- Primò; quòd restitutionis opitulatio non datur, nisi læsis, *Clement. Unic. c. l. Minoribus 3. C. hæc Rubr.* Religionis autem à sede Apostolica approbatæ professione lædi nemo intelligatur; cum eà statum Seculari perfectiorem amplectatur, & conditionem suam faciat meliorem, Panormit. in c. Ex parte 14. de Restit. Spoliat. n. 16. ubi Felin. n. 10. & Covarruv. Lib. 1. Var. cap. 5. n. 1. in fine.

Secundò; quòd, spontaneâ delatione

habitus professorum & his competentium actuum exercitiò per quinquennium continuatò, professio invalidè edita convalescat & revalidetur, ex decreto Concilii cap. 19. cit. sicut ante eisdem decretum Sess. 24. cap. 1. de Rest. Matrim. ex diutina unius & dimidi anni cohabitatione convaluit & ratificatum est Matrimonium initum metu, c. Ad id 21. de Spons. & Matr. Cum ergo Matrimonium spirituale initum per Professionem Religionis æquiparetur Matrimonio carnali, & itius instar insolubile sit, arg. c. Unic. de Voto in 6. sicut adversus carnale post ejusmodi cohabitationem, sic etiam adversus spirituale sive professionem Religionis, post delationem habitus & exercitium actuum professus competentium quinquennio continuatum, in integrum restitutioni locus non erit.

Tertiò; quia lapsus quinquennii sine reclamatione exacti, inducit præsumptionem ratificatæ professionis; quæ Juris & de Jure est instar illius, quæ de ratificatione matrimonii ante Concilium Tridentinum inducta fuit lesqui-antiò continuatâ cohabitatione, c. Ad id cit. Cum ergo contra præsumptionem Juris & de Jure ex communi doctrina non admittatur probatio ad effectum reclamationis, restitutio in integrum etiam adversus lapsum quinquennii, admittenda non erit; quia eò ipsò; quòd adversus hoc admitteretur restitutio, ut contra professionem reclamans audiat, contra præsumptionem Juris & de Jure probatio admitteretur.

Verùm, ut ista primò intuitu ponderosa sint, restitutionem tamen adversus quinquennii lapsum, non solum minoribus ratione fragilitatis suæ ætatis, sed majoribus quoque ratione ignorantia vel alterius impedimenti ex cl. usula generali competere, cum Navarro Com-  
ment. 4.

*mont. 4. de Regular. n. 71. & 76. verius defendunt Rodriguez Tom. 3. Regular. 9. 17. art. 16. Lessius Lib. 2. de 7. & 7. cap. 41. n. 65. Sanchez Lib. 7. de Matrim. disp. 37. n. 22. Miranda Manual. Tom. 1. 9. 30. art. 1. Diana p. 3. Trañ. 2. resol. 53. & aliis relatis, Barbosa de Offic. Episc. alleg. 104. n. 108. Ratio est; quia in integrum restitutionis beneficium adversus præscriptionem temporis ratione fragilitatis ætatis minoribus, & ipsis etiam majoribus ex clausula generali indultum est generaliter: quoad quinquennium autem ad reclamandum contra Professionem ademptum non est à Tridentino cap. 19. cit. quantumvis enim istò contra illam reclamare volentibus post quinquennium denegetur audientia; id tamen de Actionis Ordinaria, non de in integrum restitutionis Extraordinaria via est exaudiendum; cum leges, generaliter adimentes Actionem, de Actione Ordinaria tantum & communi strictoque Jure competente, non de Extraordinaria & speciali Jure indulta sint intelligendæ, ut cum Glossa in l. Postquam 4. V. Nulla C. de Pactis, Molina Lib. 3. de Primogen. cap. 13. n. 65. & multis aliis tradit cit. Oddus 9. 15. à n. 44.*

Neque sic firmatam, adversus quinquennii ad reclamandum concessi lapsum, restitutionem convellunt contra eam deducta argumenta.

Primum; quia, licet professione cum debita deliberationis maturitate & sponte validèque emissà nemo lædatur: eà tamen læsus Jure censetur, qui ipsam præmaturè metivè emisit; cum utique non modica læsio sit, nondum satis maturum aut invitum cogi ad statum Religionis perfectissimum & valde difficilem; atque idcirco maturitatem ætatis liberatèque summam & affectum erga ipsum spontaneum exposcentem; ut pro-

pterea professio, pro reparando immaturè consilii & coactionis damno & ad effectum reclamationis, adversus lapsum quinquennii, ex justa causa petitum restitutionis beneficium denegari, æquitatis ratio non permittat.

Secundum, partim; quia non omni-modà paritas est inter matrimonium carnale & spirituale in initum per professionem Religionis; cum illius validè initi & consummati nullà humanà, Math. cap. 19. v. 6. istius autem vinculum Apostolicà autoritate valeat dissolvi, ut Lib. 3. tit. 35. à n. 47. ostendetur: & ex carnalis validè initi & consummati dissolutione multò graviora latiusque patentis incommoda & animarum pericula oriuntur, quàm ex relaxatione conjugii spiritualis: partim verò; quia, licet matrimonium spirituale in initum per professionem Religionis quinquennii lapsu convalescere & ratificatum præsumatur; ut ordinariò Actionis remediò ejus valor nequeat impugnari, sicut impugnari ante Concilium Tridentinum eà vià non potuit valor carnalis, postquam sesqui anni cohabitatione continuata ratificatum præsumebatur: locus tamen adversus lapsum quinquennii ad effectum reclamationis est speciali & extraordinario remediò in integrum restitutionis, si allegatà justà causà fragilitatis vel alterius legitimi impedimenti, petatur: sicut locus ei ante Concilium illud fuit adversus lapsu sesqui anni, si ex justa v.g. metus perdurantis causa postulatu fuit, Palao Trañ. 16. disp. 2. p. 7. n. 13. in fine.

Tertium; quia, esto contra præsumptionem Juris & de Jure probatio non admittatur in judicio Ordinariò, adversus eam tamen in integrum restitutio & in istius judicio Extraordinariò probatio conceditur minoribus ratione fragilitatis suæ ætatis, & majoribus ex justa causa v.g.

M m m m 3 impedi-

impedimenti legitimi, vi clausula generalis; cum restitutioni etiam locus sit adversus rem judicatam, ab ipso etiam Papa alióve Principe, supremo, & adversus tres sententias conformes, in eadem causa & super eodem articulo latas à iudicibus diversis, juxta dicta à n. 41.

50. Pro ea autem adversus quinquennii lapsum restitutione ad effectum reclamandi recurrendum est ad Papam, aut S. Congregationem Cardd. Interpp. Concilii, vel præpositam negotiis Regularium: à qua illa concedi solet, cognita prius saltem summarie nullitate deducenda & iustitiâ impedimenti, reclamationi, intra quinquennium faciendâ, obstantis, ut Curia Styló observari notant Barbosa in cap. 19. cit. n. 9. & Fagnanus in c. Consuluit 4. Qui clerici & vocent. n. 35.

51. Tertio, contractus à Minore celebratus, postquam præmissâ cognitione super morum honestate, probitate animi & mentis solertia ætatis veniam à Principe impetravit, l. 1. C. de His qui ven. utat. quæ masculis (saltem non illustribus) non nisi vigesimò, foeminis autem decimò octavo annò impletò concedi solet, l. Omnes 2. C. eadem Rubr. Ratio hujusmodi Minoribus restitutionem negandi fuit partim; quòd fictione Juris reputentur natu majores: quibus restitutio ratione ætatis non indulgetur: partim verò; ne, qui cum ejusmodi minoribus contrahunt, Principali autoritate circumscripti esse videantur, ut l. 1. cit. habetur.

52. Quarto, si 25. annis major factus, in minore ætate gesta verbò aut factò rata habuit & scienter confirmavit, l. 1. §. 1. fin. C. Si major factus ratum; quòd ita ratihabita reputentur pro gestis à majore; & beneficio restitutionis, ipsius favore principaliter introductò, renuntiatum censetur, Zæsius in ff. de Minorib. n. 23. Imò etiam, si adhuc minor, sed tamen

pubes, juramentò contractui ad effectum promissit, se eum non revocaturum; post hujusmodi enim promissionem ad restitutionis beneficium recurrere volenti obstabit Religio juramenti: quòd observare, hòc ipso; quòd sine dispendio salutis seu animæ periculo & publico vel privati tertii detrimento valeat, debet, juxta Regulam c. Cum contingat 21. de Typo rejurando §. c. Quamvis 2. de P. adis in 6.

Neque obstat; quòd Ecclesiæ, contractui alióve actu læsæ & restitutionem petenti, non obstat juramentum Prælati spontè promittentis, se contractum irrevocabiliter observaturum; quia in hoc lata est disparitas inter juramentum prælati à minore & Prælato, partim; quòd juramentum minoris de contractu non rescindendo præjudicium asserat soli juranti: contra juramentum Prælati præjudicet ipsi Ecclesiæ: quæ, cum corpus fictum sit, sicut non potest jurare, sic neque alterius juramentò in suum præjudicium præstitò debet obligari: partim verò; quia juramentum Prælati est de re illicita, utpote præstitum contra obligationem ipsius, ad Ecclesiæ suæ damna avertenda, ipsiusque jura illæsâ conservanda ex officio obligati, c. Pervenit 2. de Jurjurando & c. Si quis 6. de Reb. Eccles. alien. Francus in c. 1. in 6. n. 2. Redon. de Reb. Eccles. alien. q. 23. n. 13. & Bartola in c. 1. cit. n. 33.

Quintò, si contractu vel aliò actu prudenter & circumspèctò gestò læsus est casu fortuito, v.g. quòd prædium emptum lapsò de cælo fulmine conflagravit, vel repentinâ & insolitâ aquarum inundatione sit eversum; quia his casibus læsio non est orta ex contractu vel iustis celebrati tempore: neque ab inconsulta sua facilitate & imprudentia vel advertenti dolo: sed fatali eventu, cui damni restitutio non indulgetur, l. Verum 11. §. 4. ff. de Mis.

*ff. de Minorib. cit.* Oddus q. 4. n. 23. ut jam dictum n. 38.

56. Sexto, si minor, ut alium, secum alias non contracturum, ad hoc dolo inducat, asserendo se majorem, *l. Si is qui 2. §. l. Si alterius 3. pr. C. Si minor se major. dix.* quia Jura deceptis, non decipientibus subveniunt. Nisi tamen alter, eum esse minorem, sciverit; adversus hunc enim minor læsus restituatur, *l. De tutela 7. C. hic*; cum scienti & consentienti injuria & dolo non fiat, *Reg. Nemo 145. ff. de R. J. & Reg. Scienti 27. in 6.*

57. Septimo, in delictis commissis animo doloso, v.g. in furtivo, adulterio, homicidio, & iis, quæ dolo malo contra leges in contractibus gessit, *l. Si ex causa 9. ff. de Minor.* neque enim malorum mores infirmitas animi excusat, *l. i. C. Si advers. delict.* & contra leges committens earum beneficiò est indignus, *l. Auxilium 37. ff. de Minor.* ipsiusque Reipublicæ magis interet puniri delicta, quam Minoribus subveniri, *cit.* Oddus q. 80. n. 21. & 31. & Zæsius n. 26. *Animo*, inquam, doloso; & secundum multos DD. etiam culpâ latâ, dolum solummodo præsumptum continente, admittis gestisque restitui non potest, Oddus q. *cit.* n. 39.

58. Octavo, minor non restituitur adversus propriam confessionem: quâ in re tamen opus est aliqua distinctione; vel enim legitime interrogatus confessus est delictum verum? & eum non restitui, desumitur ex *l. Auxilium cit.* ubi cum dicitur minorem in delictis non restitui, subjicitur, *Nulla utique deprecatio pena est, si minor annis adulterium fateatur.* Ratio est; quia ejusmodi confessione delicti non censetur læsus; cum fecerit, quod Jure communi poterat & debebat, *l. fin. C. hic Gomez Tom. 3. Var. cap. 1. n. 66.*

59. Vel delictum confessus est falso, aut non legitime interrogatus: sed confessio vi

metive injuste incussò, aut præceptò judicis, nullâ delicti infamiâ aut indicis præcedentibus, interrogantis, vel dolo adversarii extorta fuit? Et his casibus, sicut læsus, sic etiam restituendus est, partim quòd confessionis falsitatem & errorem probare permittatur etiam major; cum in Criminalibus suam innocentiam in quavis parte litis probare omnibus sit datum, *l. i. §. 27. ff. de Q. Q.* partim verò; quòd veri etiam delicti confessio indebitè, & contra Juris Ordinem sit facta, *Molina Tract. 3. de F. & J. disp. 36. n. 4.*

Dubium est, an minori in integrum 60. restitutio etiam concedatur adversus resignationem beneficii Ecclesiastici. Negant id cum VV. Canonistis Azor p. 2. *Instit. Lib. 7. cap. 20. q. 8. in fine* & novissimè Palao *Tract. 13. disp. 6. p. 2. §. 3. n. 13.* eâ persuasus ratione; quòd non appareat, quando illi adversus istam sit locus; cum, quando resignatio facta est ex justis causis, allegare nequeat læsionem: quam solum passis minoribus restitutionis beneficiò subvenitur, *l. Non omnia 44. ff. de Minoribus §. l. Minoribus 5. C. hic.* Quando autem facta est absque justa causa, non admittatur, nec sit valida; adversus actum autem invalidum restitutio non detur, *l. In causa 16. §. 3. ff. de Minoribus.* Accedit; quòd in beneficialibus & aliis causis spiritualibus ab eisque dependentibus minores habeantur pro majoribus, *s. fin. pr. de Judiciis in 6.* & propterea restitutionis beneficiò non juvari videantur, ejus instar, qui ætatis veniam impetravit, *l. i. C. De his, qui ven. atat. &c.*

At multò verius est minorem etiam adversus beneficii renuntiationem improvidè factam restitui, ut aliis DD. relatis docent Covarruvias *Lib. 1. Var. cap. 5. n. 3.* & Flaminus *Lib. 3. de Resignat. q. 7. à n. 43.* Ratio est; quia à Regula de restitutio.

stitutione, minoribus læsis à Jure generaliter indultâ, excepta nusquam reperitur resignatio beneficiorum Ecclesiasticorum. Cùm eâ validè factâ lædi possit, v.g. si ab altero deceptus pingue beneficium pro tenui permutet: aut ei, quod obtinuit, renuntiet spe sibi dolosè factâ de altero & meliori obtinendo.

Neque huic resolutioni adversatur; quòd in beneficalibus minor habeatur pro majore; quia, licet speciali Juris favore pro tali habeatur ad effectum, ut agere in judicio per se vel per procuratorem possit, *c. fin. cit.* pro majore tamen non habetur, ut læsus restituatur nequeat instar majoris; ne, quòd in ejus ætatis gratiam concessum est, in ejus odium ac dispendium retorqueatur, contra *Reg. Quòd ob gratiam 61. in 6.* Ex istius resolutione

62. Dubium aliud oritur, an adversus beneficium renuntiationem minor eò etiam casu restituatur, quò res integra amplius non est, quòd per renuntiationem dimissum beneficium collatum jam sit alteri; tali enim casu restitutioni locum esse, cum *Glossa in c. Ex parte 14. V. Quamvis minor de Restitut. spoliat. & Panormit. in c. cit. n. 18.* negant Laiman *Lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 11. n. 2.* & Palao *cit. n. 13.* licet re adhuc integrâ five antè beneficium collationem alteri factam minoris restitutionem adversus beneficium resignationem apertè approbet *Tract. 32. disp. 1. p. 19. §. 2. n. 20.* Movetur *l. Quòd si minor 24. ff. de Minoribus*, cujus §. 2. *V. Si verò minor adversus repudiationem hæreditatis non restituitur*, si res non amplius integra, five postquam hæreditas est distracta. Rationem reddunt; quòd, beneficium alteri jam collatò resolutus sit titulus & extinctum omne jus, quòd minor in beneficio habuit: titulò autem beneficium jam reso-

lutò, omnique jure beneficium extinctò, beneficium sine canonica institutione licetè obtineri nequeat, per *Reg. 1. in 6.* quòd tamen fieret, si adversus renuntiationem suam, re non amplius integrâ & beneficium collatò alteri, minor restituatur.

Verisimilius tamen minori, beneficium sufficiens unicum habuit, renuntiatione læso etiam hoc casu, neque solum, si id resignatarii aut alicujus tertii dolò, sed etiam si inconsultâ suâ facilitate ad id dimittendum permotus fuit, in integrum restitutionis ope succurrendum, cum *Gomez in Cancell. Reg. de Amali. poss. 9. 15.* & alii sustinent Covarruv. *Lib. 1. Var. cap. 5. n. 3.* Molina *Tract. 2. de 7. & 7. disp. 37. n. 16.* Zoesius *ad hanc Decretal. Rubr. n. 5. & ad eandem Engel n. 22.* Rationis locò reddunt generalem Regulam de minoribus quocunque contractu aliove actu graviter læsis, etiam si res distracta & in alium translata jam sit, in integrum restituendis, *l. Si ex causa 9. pr. Et. Si res pignoris 49. ff. de Minoribus*, præterquam in casibus Jure exceptis: à qua Regula casus, quò beneficium Ecclesiasticum per resignationis viam dimissum & in alterum translatum est, ullo Jure exceptus non reperitur.

Neque in contrarium urget *l. Quòd si minor cit. §. 2.* quia legalis ejus dispositio solum procedit de casu, quò à minore res, quæ in ejus bonis nondum fuit, v.g. hæreditas nondum adita, est repudiata, five mera lucris acquisitio omissa: non etiam de casu, quò agitur de damno vitando, sicut contingit, quando minor alienò dolò deceptus vel propriâ fragilitate captus cedit vel amittit rem v.g. beneficium habitum, plenòque jure jam contentum ac possessum, ut cum *DD. cit.* observat *cit.* Molina *n. 16.*

Magis speciosa, sed ipsa quoque non

fatis efficax est ratio; cum enim minor in integrum restitutionis auxilio reducatur in eum statum, in quo fuit, antequam beneficium per viam resignationis dimitteret, recuperat titulum & omne jus, quod in beneficio habuit ante ejus renuntiationem; ut opus non sit novâ collatione; quod beneficium titulus & jus, quod in eo habuit, non omnino absolute dimissum & alteri collatum sit, sed sub tacita conditione, *Nisi minor in integrum restitutionis beneficium in pristinum statum reducatur*: quæ ex Juris dispositione inesse videtur, *arg. l. i. ff. hac Rubr.* Accedit; quod, si novâ collatione opus esset ad beneficium per resignationem dimissi recuperationem, ea ipsâ in integrum restitutione induceretur.

## ARTICULUS V.

## De Tempore, quò ea est petenda.

## SUMMARIUM.

64. Quadriennium à primo 26. anni inchoati,  
 65. Aut ætatis venia obtenta die Minoris,  
 66. Ejusque heredibus:  
 67. Majori à cessantis impedimentis,  
 68. Et Ecclesie à Lesionis die datur.  
 69. Casus, quibus ista post quadriennium restituitur.  
 70. Quadriennium à Lesionis cognita,  
 71. Et ab ejus completa die computantium DD. Opiniones.  
 72. Quarum prior Tribunalium praxi:  
 73. Posterior Juri & Rationi magis est conformis.  
 74. Quadriennium Jure ad Restitutionis causam finiendam;

75. *Quibusdam casibus exceptis,*  
 76. *Consuetudine ad eam implorandam datur.*  
 77. *Lesionem minori ætate factam, minor:*  
 78. *Quadriennii lapsus ejus adversarius probat.*

**N**E jura perpetuò maneant incerta, in integrum restitutionis petitio non perpetua: sed certò, olim quidem anni utilis, hodie verò continui quadriennii tempore est conclusa, *l. fin. C. de Temp. in integr. restit.* Minor itaque, licet, quamdiu in minori ætate est, ejus auxilium implorare valeat, major tamen factus restitutionem petere solummodo potest intra quadriennium, à vigesimo quinto ætatis anno exacto, sive à primo die inchoati ætatis anni vigesimi sexti usque ad impletum ultimum diem vigesimi noni anni, *l. fin. cit. &*, si veniam ætatis impetravit, *65.* à die, quò dicta venia obtenta & minori intimata fuit: præterquam, quòd contra ea, quæ ante ætatis veniam obtentam gessit, petenda restitutionis tempus ante vigesimum quintum ætatis annum impletum non finiatur, *l. Ea qua 5. cit.*

Sicut minori, sic etiam ipsius hæredi ad restitutionem petendam quadriennium à Jure est indultum, *l. Minor autem 18. §. fin. ff. de Minorib.* & quidem, si iste etiam Minor sit, computandum ab exacto 25. suæ ætatis anno, non attentâ vel computatâ ætate defuncti, *l. Ea qua 5. §. 1.* Si verò Minoris hæres sit Major, quadriennium computandum est ab adita hæreditate vel accepta bonorum possessione, *l. cit. §. fin. & l. Ex persona 4. C. eodem Tit.*

Quod si majori ante quadriennium, *66.* quod major factus ad restitutionem petendam habuit, *vg. 27. aut 28. ætatis ann.* non defun-

N n n

nò defun-



no defuncto succedat minor, iste ad illam petendam tantumdem habebit temporis, non ab adita hereditate, sed à completo suæ ætatis 25. anno computandi, quantum habuisset defunctus, puta tres vel duos tantum annos, *l. cit. §. 2.* Si verò hujusmodi majori succedat major, statim ut hereditatem adiit, ad restitutionem petendam tantum temporis v.g. duos tresve annos habet, si totidem mortis tempore supererant majori, 26. aut 27. ætatis anno defuncto, *Glossa fin. in l. cit. ubi Bruneman. à n. 2.*

67. Majores iis casibus, quibus in integrum restitutionis beneficiò gaudent, eam petere debent intra quadriennium, computandum à die, quò cessat causa absentia vel alterius impedimenti, propter quod eis restitutio conceditur, *l. fin. cit.*

68. Ecclesia etiam cæteraque sacra & religiosa loca, eique æquiparata Republica saltem à tempore læsionis, sive à die celebrati contractus vel alterius actus gesti vel completæ præscriptionis indeque acceptæ læsionis, *Clement. Unica* junctâ *Glossa V. A tempore*: à quo die inchoato, lapsoque quadrienniò non amplius restituntur, & possessor plenissimam securitatem consequitur: nisi aut prævaricatio aut fraus manifesta aut alia rationalis causa judicem moveat ad quadriennium extendendum, *c. 1. & c. Si adversus 2. in 6.*

69. Rationabiles autem & justas causas Ecclesiam, etiam post quadriennium, restituenti aliis DD. approbantibus *Glossa in c. 1. cit. V. Causa* esse, ait, Primò; quòd quadrienniò illò vixerit Prælati, cujus contractu Ecclesia est læsa; toto enim tempore illo legitimè impedita censetur; cum illum, quod temere fecit, retracturum verisimile & credibile non sit, *Franc. in c. cit. n. 9. Redoanus de Reb. Eccles. non alien. q. 23, n. 15. & Barbosa*

*in c. cit. n. 44.* Secundò, si frequentis & repentina Prælatorum mutationes interea sint factæ; cum Ecclesie vel monasterii juribus perquirendis & antecessorum suorum gestis, an Ecclesie utilia vel damnosa sint, discutendis invigilare non potuisse præsumantur, *cit. Redoanus n. 15. & Barbosa n. 45.* Tertio, si damnum eminentissimum & læsio enormissima sit, *cit. Redoanus n. 16. & Fagnanus in c. Requisivit 1. hic n. 14.* Quarto, si Ecclesia propter gravem metum restitutionem petere intra quadriennium non potuit, *Panormit. in 6. Tum litera 5, num. 10.*

Sunt & ab *Oddo de Restit. in integ. q. 20. n. 39. & Galeho eodem Tract. in 6. 1. in 6. n. 98.* magnò numero referuntur DD. qui cum *Baldo in l. Falsam 3. C. Si ex fals. instrument. n. 3. Caldas in l. Si Curatorem V. Infra legitimum n. 3. Tulcho Practic. V. Restitutio conclus. 288. n. 9. & Menochio Recup. Remed. 15. n. 115.* restitutionis Ecclesie rationabilem ac justam causam esse velint ignorantiam; ac proinde quadriennium Ecclesie non à die læsionis illatæ, sed cognitæ, sive, ut loquuntur, noticiæ currere, Primò; quia ex Juris dispositione quadriennium, ad restitutionem petendam indultum, non currit legitimè impeditis, *c. 1. c. Si adversus 2. in 6. ibi, Si petere negligenter omittat*: negligens autem dici nequit, qui læsionem omnino ignorat, *l. Genero §. ff. de His qui inf. not.* Secundò; quia antiquus annus, à Prætorè ad restitutionem datus, fuit utilis: & licet ei subrogatum quadriennium, ubi currere cepit, continuetur & tam feriatas quàm non feriatas diebus currat, ab initio tamen utilis est instar anni veteris; cum, ex die, quò olim annus ille, numerandum, ab Imp.asseratur, *l. fin. C. de Temp. in integ. restit.* non obscuro argumentò; quòd currere non de-

non incipiat ignoranti. Tertio; quia Ecclesia semper fungitur vice Minoris, & nunquam fit Major; ac proinde quadriennii tempus ipsi nunquam incipit currere, per *c. Requisivit* 1. *cit.* quod Ecclesia jure Minoris illa servanda dicitur *Semper*, dictione denotante perpetuitatem & continuationem, *arg. l. Semper* 5. *pr. ff. de Jure Immunit.* Boërius *decis.* 158. à *num.* 1.

71. Sed rationes istæ, ut minimè leves sint, quadriennium tamen illud à die notitiæ inchoari, aliis DD. non persuaserunt; illud enim Ecclesiæ quoque ab ipso factæ læsionis, v.g. præscriptionis completa die; ac proinde ignoranti currere, cum Covarruvia in *Reg. Possessor* p. 3. §. 3. n. 4. & Tiraquello *de Reract. Gentil.* §. 35. *gloss.* 4. n. 44. defendunt Zæsius in *ff. de Minoribus* n. 62. Perez in *C. de Temp. in integ. rest.* n. 6. ex Universitatis nostræ celeberrimis antecessoribus Arnold. Rath. *Tract. de Usucap. cap.* 5. n. 45. & alii magni in Jure nominis DD. qui suam hanc sententiam stabiliunt Primò, textu *Clement.* 1. ibi, *In integrum restitutio fieri debet intra quadriennium continuum à tempore læsionis*, completa, *Glossa ibi, V. A tempore.* Secundò; quia minoribus quadriennium currere incipit à 25. ætatis anno; & majoribus à die cessantis impedimenti, v.g. absentia, captivitatis &c. *l. fin. cit.* nullà ratione habitâ Scientiæ vel Ignorantiæ: quâ durante, sicut præscriptionum, ita etiam restitutionis tempora currere non incipere Legum conditores nulpam expresserunt. Tertio; quia, si Ecclesiæ ignoranti restitutionis tempus currere non inciperet, nisi à die scientiæ læsionis, Usucapionum & Præscriptionum jus totum in discrimen adduceretur, ut cum DD. *cit.* advertit Barbosa in *c. 1. in 6. n. 22.* Cum enim nemo, nisi supinus, res suas penes alterum esse patiat.

& propterea in eo, contra quem præscriptio procedit, ignorantia præsumatur, ut in *l. Verius* 2. *ff. de Probat.* DD. notant, si quadriennii ad restitutionem à Jure indulti cursus, donec læsio innotescat Ecclesiæ, non inciperet, plerumque non quatuor duntaxat, sed quadraginta: imò centum & mille annis adversus præscriptionem restitui posset; itaque rei ab ipsa translatae possessor nunquam plenè securus & finis litium esset, contra *l. Omnes* 4. *et l. Cum notissimi* 7. *pr. C. de Prescript.* 30. *vel 40. annor.*

72. Ex duabus his sententiis prior frequentiori DD. suffragio, & Tribunalium etiam, præsertim Ecclesiasticorum, praxi est recepta; ut propterea *Oddus q. cit.* n. 37. ab ea in judicando & consulendo non facilè recedendum, moneat, Ne verò ab Ecclesia contra se impetranda restitutionis periculo perpetuò obnoxii possessores & lites immortales reddantur, eam ex causa ignorantia 30. duntaxat vel 40. annis restitui posse, aliqui volunt apud eundem n. 38. Verum, quia ad 73. hanc rem allata ratio, si aliquid, restitutionem Ecclesiæ non solum 30. vel 40. sed centum: imò mille annis competere evincit, verior in puncto Juris, istiusque principis magis consentanea mihi semper visa est sententia posterior: cujus ratio Ecclesiæ competens quadriennium extra casus supra relatos à die læsionis, v.g. præscriptionis completa, etiam ignoranti currere suadet.

Neque contrarium persuadent argumenta allata pro priori. Primùm; quia imprimis restitutionis quadriennium ab ipsius Contractus, Sententiæ, Confessionis, ac proinde à læsionis tempore computandum, *cc. cit.* clarè habetur, ut in utrumque notat Vivianus. Deinde; quia ex *c. 1. cit.* dum Ecclesiam ob ignorantiam ex prævaricatione & fraude pro-

N n n n 2 venientem

venientem restitui statuitur, aliunde proveniente ei non prodesse, insinuat; cum, si quacunque ignorantia quadriennii cursum impediret, ex prævaricatione & fraude ortam specialiter non expressisset, ut rectè observat Zoësius *cit. n. 62.* Demum; quia, etsi restitutio *cc. cit.* post quadriennium, quòd ipsius petitio intra hoc negligentè omiſsa sit, negetur: non tamen eam non negligentibus quibuscunque, ac proin ignorantibus postea semper concedi aſſeritur. Neque hoc à contrario inferre licet ad correctionem Jurium evitandam; cum ista quadriennium minoribus non à notitiæ læſionis, sed ab exacti 25. anni: majoribus à cessationis impedimenti die, *l. fin. cit.* Ecclesiæ verò id sicut minori, *c. Requisivis cit.* expressè à Contractus, Confessionis, *c. 1. & c. Si adversus cit.* & ab ipsius læſionis die, *Clement. cit.* disertis verbis concedant.

Alterum; quia etiam annus Prætorianus olim, non à scientiæ primùm, sed à sublato impedimenti die currere capit, *l. fin. C. Ex quib. caus. major. & l. Ab hostibus 18. C. de Possim. revers.* Utilis autem dicebatur vel ratione decursus, vel potius; quòd non à die læſionis v.g. quòd præscriptio contra absentem completa est; sed à die sublato impedimenti fuerit computandus, *Rath. cit. n. 45. l. D.*

Postremum; quia minoris Jure Ecclesia gaudet; quòd, sicut ille à 25. anni exacti, sic ipsa regulariter à læſionis perfectæ die quadriennium habeat ad petendam restitutionem, *arg. l. fin. cit.* ut ex Baldo notat Redoanus *de Reb. Eccles. non alien. q. 23. n. 8.* Neque eam adversus eundem contractum vel alium actum perpetuò restitui, rectè desumitur ex *c. Requisivis cit. V. Semper;* quia hæc dictio solummodo significatur, Ecclesiam quandocunque, quotiescunque, & quocunque contractu vel actu lædatur,

adversus etiam minoris instar illam feruari auxilio in integrum restitutionis, intra quadriennium, à die læſionis perfectæ computandum, ut *in c. cit.* cum Glossa *V. Jure minoris* observant Pagnanus *n. 12.* & Gonzalez *n. 2.* Alius verò, sed sensu non multum diverso Panorm. *in c. 1. cit. n. 16.* & Barbosa *in Clement. Unic. n. 12.* aſſerunt, Ecclesiam sicuti vice & jure minoris, qui factus est major; cum, sicut isti contractu aliòve actu lato 25. ætatis annò impletò in integrum restitutionis ope totò quadriennio succurratur, sic & Ecclesia ejus auxilio adjuvetur totò quadriennio à die læſionis completæ: non; quòd, sicut minor totò minoris ætatis tempore, sic Ecclesia semper, hoc est, sine ullo temporis termino & quamdiu Ecclesia est, auxilium illud valeat implorare; quia hunc dictionis *Semper* intellectum aperte non admittunt textus *c. 1. c. Si adversus 2. in 6. & Clement. cit.* Ecclesiæ pro in integrum restitutione quadriennium duntaxat concedentes.

Porro intra quadriennium à Jure concessam restitutionem non solum postulandam, sed ejus causam etiam finitendam; ac proinde litis contestationem non perpetuari, patet ex *l. Petenda 6. C. de Temp. in integ. Restit. & Clement. Unica cit.* Quòd licet Jure verum sit, & super Restitutionis causa post illud jam lapsam latam sententiam ipsò Jure nullam esse, cum Baldo *in l. fin. cit. n. 31.* doceat Oddus *q. 19. n. 95.*

Non desunt tamen casus, quibus, restitutione intra quadriennium propolitâ, istius ante eam finitam lapsus Minoris, Ecclesiæ &c. non nocet: veluti primò, si non per ipsos, sed per judicè aut adversarium stetit, quò minus restitutionis causa intra tempus illud finiretur, Glossa *in c. 1. V. Finiri in 6. & ibi Barbosa n. 7. Secun-*

75. Secundò, si causa ultra quadriennium differatur cum consensu adversarii, contra quem minor aut Ecclesia restitui petit, *Glossa in l. fin. cit. V. Finendam.* Tertio, si testes super articulis eam concernentibus ex locis remotis sint vocandi, aut propter aliud necessarium impedimentum restitutionis causa nequeat expediti, *Oddo q. cit. à n. 96.*

76. Dixi etiam, *De Jure*; quia ab istius rigore. tam in Ecclesiastico quam Seculari Foro, sensim & multum est recessum; cum enim hodie, *l. Properandum 13. C. de Judicium* saluberrima dispositio ferè antiquata & nullus litium terminus ac finis sit, restitutioni præfixum quadriennium ferè in ejus tantum imploratione solet observari, ut in *Clement. cit.* præter alios notant *Barbosa n. 4. & Galeus n. 49.*

77. Dubium hic est de casu, quò de quadriennii ad petendam restitutionem à Jure indulti lapsu ambigitur; hoc enim casu id nondum lapsum probandi onus ipsi Minori vel Ecclesiæ incumbere voluit *Ant. de Butrio in c. Constitutus 8. n. 7. & Salyetus in l. Si Minorem 4. C. hic* & colligunt partim ex *c. cit.* ubi restitutionem petentes allegant, se adhuc existere intra tempus, ad obtinendam Restitutionem concessum: partim ex eo; quòd Minori restitutionem petenti etiam incumbat onus probandi contractum minoris ætatis tempore celebratum, *c. cit.* in cujus casu iidem monstrasse perhibentur, se lætos ex contractu celebrato tempore ætatis minoris.

78. Sed, licet hoc verum &, Contractum in minori ætate celebratum, restitutionem petenti: quadriennii tamen lapsum, non ipsi, aut Ecclesiæ, sed ei contra quem restitui postulant, probandum, cum *Oddo q. 39. n. 3. & aliis ab isto relatis ex l. Si Minorem cit.* depromunt

*Barbosa in c. cit. n. 9. & Bruneman. in l. cit. n. 1.* Rationem dant; quòd ætatem probandi onus incumbat ei, qui eam allegat, & intentionem suam, sive agendò sive excipiendò, super ea fundat, *Marscard. de Probat. conclus. 667. n. 2.* Cum ergo, sicut restitutionis auxilium implorans in ætate minore, sic ejus adversarius in quadriennii lapsu se fundet, sicut illam Minori, ita hunc probandi onus ejus adversario incumbit: nisi minor quadriennium, quod re ipsa lapsum esse constat, sibi currere non potuisse contendat, propter legitimum impedimentum; hoc enim casu à minore impedimentum, quod allegat, probandum, rectè observat, & ex *c. 1. in 8. verbis, Nisi probetur*, colligit idem *Barbosa ad hujus c. Textum n. 18.*

## ARTICULUS VI.

## De Judice Causæ in integrum Restitutionis istiusque impetratæ Effectu.

## SUMMARIUM.

79. Restitutio petitur contra rei v.g. Emptorem,  
80. Istius heredem, & aliquando contra tertium possessorem:  
81. Apud Judicem, cui is,  
82. Ratione Domicilii aut Rei subditus est.  
83. De Jure etiam apud inferiorem,  
84. Et aliquando delegatum.  
85. Hodiernis moribus apud supremum.  
86. Ecclesia apud Ecclesiasticum eam petit.  
87. Restitutio aliquando sæpius petitur.  
88. Eâ impetratâ recuperatur Res.  
89. De illius fructibus dubium est,

N n n n 3

90. In

90. In quo interest, an eam petens ex gratuito,  
91. Vel oneroso contractu sit laesus.

79. **P**etere in integrum restitutionem Minor & Ecclesia laesa potest non solum contra eum, in quem ab ipsis res immediate est translata: sed etiam contra istius haereditatem: imò & contra tertium ejus possessorem: etiam si cum isto nihil sit gestum, *l. In causa 13. §. 1. ff. de Minoribus*: cujus textu prodita & à DD. passim recepta est distinctio, an minor quo ad rem venditam ipsammet, vel quoad istius duntaxat pretium sit laesus; priori enim casu, *vg. si domum avitam & gentilitiam ab ipso in emptorem, & ab isto in tertium possessorem translata, non vendi, sed retineri expediebat, etiam contra tertium possessorem restituitur, pr. §. 1. cit.* posteriori verò casu contra istum non restituitur: nisi iste, cum eam consequeretur, à minore emptam, vel aliò titulo acceptam esse sciverit: aut, qui eam primò sive ab ipso minore emit, istiusque haereditatem non sint solvendo, *§. cit. V. Pomponius & l. Planè 14. ff. Rubr. cit. Gomez Lib. 2. Var. cap. 14. n. 6. & Molina Tract. 2. de I. & I. disp. 473. n. 9.*

81. Petenda autem restitutio ordinariè est coram iudice ejus; contra quem petitur, sive Minor eam petat sive Major, *l. Quoniam 2. c. Ubi & apud quem cognit. ex vulgari Regula, quòd Actor sequatur forum rei, c. Cùm sit 8. de Foro compet. & l. Juris 2. c. C. de Jurisdic.*

82. Neque solum coram iudice loci, in quo reus habet domicilium: sed etiam, ubi sita est res, quæ auxilio restitutionis repetitur, *l. In causa 13. §. 1. ff. de Minoribus*: Imò etiam, ubi celebratus est contractus, si in eo loco reus adesset, ut cum Felino *in c. fin. de Foro compet. n.*

24. docent Covarruv. *Lib. 1. Var. cap. 4. n. 1. & Molina cit. disp. 573. n. 23.* quòd non appareat ratio, cur in Contractibus celebrati loco ad ejus continuationem sive impletionem: & non etiam ad rescissionem sive in integrum restitutionem agi propter laesionem possit: imò ad dissolutionem etiam agi posse, *l. In contractibus 14. §. fin. C. De non numerata pecunia non obscurè habeatur, ut rectè observat Bruneman, in l. cit. n. 17. & 18.*

Neque obstat; quòd *l. Quoniam cit.* in integrum restitutionem apud iudicem domicilii ejus, qui convenitur, postulanda habeatur; quia ejus dispositio reum in loco domicilii & uti ordinariè solet, reperiri supponit: eumque in loco & coram iudice contractus, si quando ibi reperiat, conveniri posse non inficiatur, Covarruv. & Molina *l. cit.*

Porro iudex, coram quo restitutionis auxilium est implorandum de Jure non est solus Papa vel alius Princeps supremus: sed etiam inferiores, Ordinariam jurisdictionem cum rerum administratione in aliquo territorio obtinentes, *c. Causa 9. hic l. in causa 16. §. fin. ff. de Minoribus & l. fin. V. Sanctissimus C. Ubi & apud quem cognit.* ut sunt Episcopus aliique Praelati, quasi Episcopales, & potestates ac Magistratus seculares, contentiosam jurisdictionem cum administratione in territorio aliquo exercentes, *Glossa in c. cit. V. Habentibus ubi Panormit. nor. 1. & Galeusius n. 75.* Ex delegatis etiam easdem restitutionum causas pertractare possunt, quibus illarum aliqua specialiter, vel tota universitas generaliter est commissa, *Galeusius c. cit. n. 87.*

De aliis ad universitatem casuram delegatis opus est distinctio; vel enim cum ad-

eam administratione in territorio aliquo, vel sine ea ad universitatem sunt delegati? si prius, de iis cognoscere tam principaliter quam incidenter possunt, *l. fin. cit. §. fin.* ibi, *Si generaliter dati sint iudices*; cum allegatis Ordinariis iudicibus æquiparentur. Si posterius, incidenter solummodo, *vg. si Ecclesia vel minor, necessariæ allegationis vel exceptionis in termino peremptorio factâ omissione, læsi restitutionis auxilium implorent, de iis cognoscere possunt, cit. Panormit. n. 4. & 7. & Galefius n. 89.*

85. Dixi, *De Jure*; quia hodiernis Moribus in pluribus provinciis in integrum restitutionem, quasi non tam Justitiæ quam Gratiæ sit, solus Princeps aut supremum ejus consilium (preceps duntaxat, quibus pro ea supplicatur, an veritate nitantur, examine inferioribus commissis: decretis autem ipsius Principis nomine conceptis & publicatis) concedit, teste Zoëtio *in ff. ad hanc Rubric. n. 5.*

86. Dubium hic est, an Ecclesia, contractu cum laico celebrato læsa, restitutionem necessariam petere debeat coram iudice Seculari. Quod aliqui volunt apud Caldas *in l. Si curatorem 3. C. de In integ. restit. V. Implorandum n. 32.* eâ persuasiva ratione; quod nullus extet textus Juris, quod Ecclesiæ concedatur privilegium, in causa Restitutionis reum ad forum Ecclesiasticum trahendi, contra Regulam *c. Cum sit. 8. de Foro comper.*

Sed privilegium hoc ei competere, cum Innocentio *in c. Cum sit cit.* quando Ecclesiæ specialis favor in causa aliqua est indultus, pro eo Ecclesiasticum iudicem adiri posse, generaliter & Maximæ instar tradente: & cum Panormit. *in c. Ad nostram 11. de Reb. Eccles. alien. n. 10.* Redoano *de Reb. Eccles. non alien. q. 23. §. Item quari n. 3.* defendunt

Covarruv. *Lib. 1. Var. cap. 4. n. 2.* Gutierrez *Q. Q. Canon. lib. 1. cap. 34. n. 10.* Oddus *q. 32. n. 123.* Maranta *de Ord. Judic. p. 6. §. Actus secundus n. 101.* & alii, qui suam hanc doctrinam desumunt ex *c. Ad nostram cit.* ubi Monasterium, enormiter læsum ex contractu inito cum laico, in integrum restitui jubetur per iudicem Ecclesiasticum: quem ejus laici iudicem Ordinarium ob competentem in eum jurisdictionem temporalem fuisse asserentes, id faciunt divinandum & absque ullo fundamento: uti &, qui *c. cit.* dispositionem à bonis ad monasterii vel Ecclesiæ fabricam, Episcopi atque Capituli mensam pertinentibus, quæ propriè bona Ecclesiæ vocantur, *can. Apostolica 11. dist. 56. & c. Cum Clerici 19. de V. S.* ad privata & patrimonialia Clericorum extendunt; quia privilegia Ecclesiæ ejusque bonis concessa privatis clericorum bonis non competunt, nisi in casibus Jure expressis, ut *Glossæ in Clement. unic. hic V. Ab Ecclesia* aliorumque DD. auctoritate ostendunt *cit. Covarruv. cap. 4. n. 3. & Gutierrez n. 12.*

Dubium deinde est, an restitutio sæpius peti possit, quod à RR. expediri solet beneficiis distinctionis. Et casu quidem, quò ea petenti à Magistratu denegata est, & sententia in rem judicatam transit, eam denuo peti posse negant: nisi quoad fatalia appellationis per negligentiam non observata, juxta *l. 1. C. Sæpius in integ. restit.* ne res abeat in infinitum & nullus modus sit restitutionis, Barbosa *in l. cit. n. 4.* & Bruneman *n. 3.* qui tamen rectè excipiit casum, quò restitutio secundò petitur ex novis defensionibus, in priori iudicio non adductis, *in l. Quaquam 22. C. ibid. n. 1.* Si vero restitutio petatur contra restitutionem prius impetratâ, *vg. si minor impetratâ restitutione aduersus repudiationem hæreditatis,*

87.

tatis, postquam huic se immiscere cepit, eam sibi damnosam comperiat, & restitui petat, ut eâ sibi liceat abstinere, restitutionem ei regulariter denuo concedendam doceat, juxta *l. Air Prator 7. §. 9. ff. de Minoribus*. Contra restitutionem tamen, quâ quis etiam contra hujusmodi restitutionem impetratam restituitur, sive tertiam & ulteriorem restitutionem non concedendam, idem Brunemannus monet in *l. Quaquam cit. n. 4.*

88. In integrum restitutione impetratâ omnia redintegrandur sive ad pristinum eumque statum reducuntur, in quo fuerunt ante læsionem, *l. Quod si minor 24. §. 4. ff. de Minoribus*; sic enim, cum Minor aut Ecclesia prædii venditione læsi restitutionis auxilium implorant & impetrant, quasi nihil gestum sit, ab emptore recipiunt prædium, eique acceptum pretium reddunt, *l. & §. cit.* ut, sicut damnatum non sentit, qui restituitur, lucrum etiam non percipiat cum damno ejus, contra quem restitutio est impetrata, Panormit. in *c. 1. n. 3. & in ff. de Minoribus Wesenbecius n. 9. & Zæsius n. 63.*

89. An minori aut Ecclesiæ, cum Re restituenti sint etiam fructus, dubium controversumque est inter DD. hos enim etiam restituendos, cum *cit.* Panormit. *n. 4. & Beroio in c. 1. cit. n. 41.* vult Covarruv. *cit. cap. 3. n. 1. & 2.* Rem contra solam restitutioni obnoxiam esse, cum Baldo in *l. fin. C. de Sentent. passis* censet Palao *Tract. 32. disp. 1. p. 19. §. 4. n. 3.* Utrique moventur Jure & Ratione.

Illi *l. Quod si minor §. 4. cit. & l. Pari 27. §. 1. ff. de Minoribus*; quibus textibus emptor recepto pretio fundum & prædium cum fructibus reddere jubetur. Neque, ut inquirunt, injuriâ; quia restitutionis auxilium minor & Ecclesia in pristinum statum reducuntur; quod non

contingeret re sine fructibus restituta; cum Minor & Ecclesia sic minus haberet, quam si eam non vendidisset.

Isti *c. Ad nostram 11. de Reb. Eccl. alien.* ubi in integrum restitutum Monasterium fundum quidem recuperavit: sed inde percepti fructus ejus possessori sunt adjudicati: & hoc jure, ut ajunt, optimo; cum ex fundo percepti fructus ad bonæ fidei possessorem pertineant, *l. Bone 48. pr. ff. de Acquir. rer. dominio.*

In hoc Jurium & Rationum conflictu utrique parti & æquitati aliquid tribuendum, controversiamque cum *cit.* Molina *disp. 575. n. 6. & Lessio Lib. 2. de I. & I. cap. 17. n. 70.* expediendam censo beneficio distinctionis inter contractus, quibus v. g. Minoris aut Ecclesiæ res est alienata; vel enim alienata est per contractum gratuitum, vel onerosum!

Si prius, v. g. cum prædium alteri donatum aut lucrosa hereditas est repudiata, res cum fructibus, deductis tamen expensis in culturam, fructuum collectionem &c. factis, restituenda est, *arg. §. 4. & §. 1. cit.* quia tali contractu vel actu minor & Ecclesia non quoad rem donata, sed etiam quoad fructus sunt læsi.

Neque huic resolutioni adversatur *c. Ad nostram cit.* quia contractus, adversus quem Monasterium restitutum fuit, erat feudalis: cujus ex primæva consuetudine ea est natura, ut fructus ad Vasallum, ratione feudi debitam fidelitatem & servitia domino exhibentem & exhibere paratum pertineant, Feudor. *Lib. 2. cap. 1. in fine*: ex qua causa fundi feudalis domino oppignorati fructus, contra Regulam *c. Cum contra 6. de Pignoribus*, domino cedunt; si interea servitia à Vasallo non præstentur, *c. 1. de Feudis & c. Conquestus 8. de Usuris*. Quæ textus expositio desumitur ex verbis, *Cum*

bis, Cùm fructus illi sufficere debeant pro labore, id est, servitiis, quæ domino exhibentur; & approbatur à Barbofa in s. Ad nostram cit. n. 2. Neque etiam sententiæ posterioris ratio; quia possessor propter justitiam tituli & bonam fidem fructus quidem suos; sed revocabiliter tantum facit, propter restitutionis privilegium competens Ecclesiæ & Minori.

91. Si posterius, & Minor vel Ecclesia læsa fuit propter inæqualitatem contractus; quod pretium v.g. justò minus, puta pro fundo constante 1800. recepti tantum sint mille, impetratâ restitutione, ab emptore non omnes, sed 800. tantum sive pretii justî defectui respondentes fructus sunt restituendi; quia venditor, sicut in re, sic etiam in fructibus 800. sive justî pretii defectui respondentibus est læsus: non etiam in iis, qui respondent mille receptis; cum, sicut emptor ex re seu fundo fructus, sic venditor ex mille receptis perceperit lucrum. Si autem,

quod rarissimè accidit, adversus hujusmodi contractum v.g. venditionem ob læsionem non in pretio, sed rei venditæ substantia factam, v.g. quòd domus vel castrum Gentilitium Minoris, etiam justò pretiò vendi non oportuerit, restitutio impetretur, ex æquitate rem sine fructibus restituendam, volunt DD. cit. quòd tali casu venditor læsus tantum sic quoad rem, non etiam quoad fructus; cum istis respondens lucrum percipere potuerit ex pretio recepto.

Neque contrarium evincunt §. 40 & §. 1. cit. quia illorum, quem verba præferunt, rigorem æquitate temperandum suadet ratio, & cum ista conciliat congrua explicatio Card. de Lugo de I. & I. disp. 22. f. 12. n. 329. animadvertentis, utroque textu sermonem esse de venditione minori pretio factâ: quòd casu cum re quidem etiam restituendos docet fructus; sed eos duntaxat, qui pretii defectui respondent; & post contractus rescissionem sunt percepti,



## TITVLVS XLII.

### De Alienatione Judicii mutandi causâ factâ,

#### SUMMARIUM.

1. Ista læsis succurritur.
2. Que alienatio judicii mutandi causâ fiat.
3. Eâ læsis in factum contra alienantem.
4. In Rem actio adversus possessorem.
5. Et utilis etiam adversus alienantem datur.
6. Si concurrant requisita Jure Civili.
7. Cui duo SS. Canones addiderunt.

Sicut Vi metue aut ætatis & judicii imbecillitate vel dolo culpave aliena læsis, sic etiam rerum futuri judicii mu-

